# IOANNIS IACOBI PAUISII CALABRI IN PROLOGUM AUERROIS SUPER ANALYTICA...

Giovanni Giacomo Pavese



# IOANNIS IACOBI PAVISII CALABRI CATHACENSIS

## IN PROLOGVM AVERROIS SVPER ANALYTICA POSTERIORA

ARISTOTELIS COMMENTARII BERRARDO SALVIATO EPISCOPO SANCTI PAPVLI, AC ROMAE PRIORI DICATI.







Ne quis hunc uſquam alius ſue ditionis locorum impune librum imprimat. alibiue impreſſum uendat, & Pontificis Maximi, & Veneti Senatus Illuſtrisſimi Decreto cautum eſt.

Pataui apud Iacobum Fab. & Ioan. Baptiſtam Ami. excudebant.
M. D. LII.

## AMPLISSIMO PRÆSVLI BERRARDO Saluiato Episcopo Sancti Papuli atq; Romæ priori Ioa. Iacobus Pauisius Cathacensis. S. D.

VM multa sunt in hominum studijs SALVIATE amplissime, quæ perfecti speciem habeant, tum me quidem iudice illud in primis excellit, quod in ueri contemplatione uersatur, & præstat. nam si diuinæ naturæ particeps animus est, qua una re maxime augetur, iure hanc cæteris anteponimus, animi autem ueritatis inquisitione, tanquam pabulo, aluntur, & uigent, ergo in hoc toto genere summa laus posita est. Sed quoniam qui locus quam proximus est ad gloriam, eum locum non peræque omnibus natura patefecit, interdum sic fit, ut alios difficultas à proposita ratione deterreat, alij, qui sapientiæ ingressi sunt uiam, si quid durum offenderint, in cursu penè concidant, ex quibus qui timidiores sunt, non magnopere reprehendendos, qui desperatione debilitati suis ipsi ingenijs defuerunt, etiam excusandos esse indicarim. At uero qui ab hominum communitate quasi seiuncti ætates conterunt in studijs, nec ulla statuunt suæ industriæ monumenta posteris relinquere, cum in grauissimas reprehensiones incurrant, uituperationem uix, aut ne uix quidem, effugiant necesse est: ea. n. officia deserunt, quæ humanæ societati debebant: quodq; otium ad nostram utilitatem conferendum erat, in eo ipso mentis aciem patiuntur hebescere. Ab ijs ego institutis, quantum potui opera, studioq; contendere, semper abhorrui: nihilq; præstantius fore censui, quàm in hac lucis usura uirtutum exempla ita literis commendare, ut non solum uixisse, sed præclare etiam uixisse uideamur, itaq; cum summo contentione animi, & assiduitate ab ineunte adolescentia philosophiæ operam dedissem, & superioribus diebus ob uacationem publici muneris conquiescerem, Aristotelis Logicas institutiones percurri. interim in Posteriora Analytica, ut uocant, Auerrois commentatio mihi uenit in manus, in qua Dialecticæ totam disciplinam summatim complectitur: opus omnino perobscurum, & uel ob abstrusas in eo sententias, uel quòd res nullo splendore uerborum sint illustratæ (nostrorum philosophorum pace dixerim) adhuc nequaquam satis explicatum. ego uero, qui optime mereri de studiosis, etiamsi non queas, cum tamen uelis, laudabile semper duxi, quicquid hac in re ingenio, & labore possem efficere, uolui nimirum experiri: ut, si tantæ obscuritati interpretatio nostrà Lumen afferre, haberent cupidi ueritatis, unde aliquod quærerent adiumentum: sin minus, rationes tamen consilij mei non iniustis studiorum æstimatoribus probarem. Rem sux aggressus non ostentationis, aut uenditandi ingenij gratia. quod abest à consuetudine mea plurimum. quantum porrò præstiterim tuum, & cæterorum sit indicium. Profecto per magni refert BERRARDE sapientissime, quid tu, qui in Peripateticorum scriptis es diligentissime uersatus, tantumq; ex illorum disciplinis assumpsisti, ut nihil planè sit in Philosophia aut tam reconditum, te ut lateat, aut tam arduum, quo intelligentiæ uim non intendas, permagni, inquam, refert, quid tu præcipue uir enim laude efflorescens de huiusmodi commentatione nostra, quam tuo nomini inscriptam emittimus, & dicas, & sentias. mihi. n. sic persuadeo, si, quod in hac interpretatione sum assecutus, quantulum idcunq; est, tua existimatione probaris, fore, ut cæteri quoq; non temere à me susceptum munus, nec præcise institutum esse arbitrentur. Id autem si consequar, ad maiora, quæ cogito, fiam & alacrior, & promptior. Vale. Petauij. Nouembris. M. D. LII.

# EXPOSITIO PROLOGI AVERROIS IN ANALYTICA POSTERIORA Aristotelis Ioh. Iacobi Pauisii Chatacensis: cum tradutione, Abrami, & Buranæ.

Abramus  *NTENTIO huius libri est exponere secundos Analyticos, qui liber de demonstratione inscribitur.*

Buranæ. *[Ntentio in hoc tractatu est exponere secunda Analytica Aristotelis, qui liber de demostratione inscribitur.*

 O nsueuere Arist. interpretes Græci, Arabes, & Latini omnes, corũ librorum omnium initio, quos interpretandos susceperunt: prologũ premittere: in quo ea discutere proponunt, quæ Græcis prolegomena vocantur: his enim, quæ in operis progressu enumerantur, dignoscendis maxime conferunt. Auerroi itaq; eius libelli, quem Arist. Analytica post: inscripsit, expositionem aggredienti, visum est, non secus agendum, ne à cæterorũ interpretum consuetudine diuerteret: Verum priusquam prologum exordiatur, intentionem, & propositum aperit, causam subdens. Scopus itaq; & intentio in hoc tractatu est interpretari secundos Analyticos, qui liber de demõstratione inscribitur: vox ea Analysis Græce, Latine resolutio est: Quaré intentio est exponere secundos resolutiuos, hoc enim idem sonat, quod posteriora Analytica, sed id in dubium verti solet, cur posteriora resolutiua huiusmodi inquisitionem nuncupandam censuerit Arist. Hoc Latini soluunt, dicentes quoniam posterior resolutiuus, siue secundus hic liber est, illius ratione, qui prior resolutiuus inscribitur: At cur ille prior, iste uero secundus dicatur, siue posterior resolutiuus, causam afferunt, resolutionis tamen prius facta distributione: bipartitur enim resolutio altera quidem simpliciter, videlicet, formæ vniuersalis syllogismorum, quæ etiam formalis dici consueuit resolutio, cum syllogismus in communi quippiam sit, quod se habet vt pars formalis in syllogismi speciebus: Altera materialis est, quę in speciebus syllogismi reperitur, vt in demonstratione, quoniam est premissarum, demonstrationis, quę vt materia se habẽt: & huiusmodi distinctionis ratio esse potest, quoniam res quæq; in ea dissoluitur, ex quibus conflatur, vt Ari. testis est in tertio de physica auscultatione: ũbi infinitum destruens in ea, inquit, disolui, mutariq; ré, ex quibus vtiq; componitur, & ibimet loci; numerum secundum diminutionem in infinitum abire non posse ostendens, inde coniecit, nam cũ ex vnitatibus, quæ prorsus indiuiduæ sunt, constet, in eas quoq; disolui iustum est: quam rem Themistius, Simplicius, Auerroes, & Philoponus asseuerarunt. Cum igitur ex materia, & forma res conflctur, in has itidem dissoluitur: & ob id à materia materialis, à forma vero formalis nomen sortitur: sed in syllogismis cum materia & forma sit, merito etiam materialis, & formalis dissolutio inuenietur: sic igitur cum formam syllogismi liber priorum, hic vero eius materiam largiatur, & forma cum prior sit ipsa materia, prior Analytica: rationi consentaneum est dici: quandoquidem de Analesi vniuersali, & formali, quæ prior est liber, pertractat, sic merito posterior, & secundus est Analyticus: quoniam de rosolutione materiali, quæ est secunda, & post priorem, disputat. Sed huius distributionis fautores longe admodum decipiuntur: nam etsi res in ea conspiret, ex quibus resultat, in formam tamen disso-

Marginal notes: Cur dicatur posterior vel solutiuus. — prima opinio. — 47. — 68. — Arguitur opinio.

lutio ex accedenti fit,perse autem non nisi in materiam,atq; in partes,quæ mate-
riæ vicem subeunt,dissoluitur:vt bene Auerroes in quæsitis logicis annotauit,in
eo præcipue quæsito,quod determino edidit,& causam inuestigans vnde hoc fiat,
inquit,id,in quod res dissoluitur perse,necesse est illud esse quod per se solum in-
ueniri possit:veluti corpus mistum in elementa per se conuertitur, quoniam sola
hæc absq; forma,ob quam mistum est,inueniuntur:forma etenim interit, & non
17 permanet,quod Philosophus:primo Metaphysices annotauit(sicut Alex.& Tho
mas interpretantur) aduersus Anaxagoram, qui omnia in omnibus commixta
posuit esse:nam hinc fieret,ait,ut & per se,& immixta omnia permanerent quo-
niam dissolutio in ea fit,quæ permanent:quod etiam in calce lib.septimi. planius
fatetur,quemadmodum Alex.testatus est:dissolutio ergo quæ in formam fit ex ac-
cedenti est,ea autem quæ ex accedenti sunt,nulla ars considerat, vt. 5. physi. &.6.
methaph.patet:ab ea igitur dissolutione,secundum formā prior tractus non di-
cetur,nec minus ab ea resolutione Analytica vocabitur,adhuc syllogismus simpli-
pliciter,quem lib.priorum edocet,materiam & formam habet:propositiones nanq;
materia sunt syllogismi:forma autem debitus ordo eorum in modo & in figura,
cū vtroq; modo syllogismū soluere doceat Philosophus nō magis ergo à formali,
quàm à materiali resolutione Analyticus vocabitur. Auerroes præterea paulum
infra ab eadem resolutione vtrunq; librum inscribi,exprimit:quæ contraria com-
positioni naturæ ab eo nuncupatur. Sed ea dissolutio à qua hæc facultas in-
scribitur materialis est(vt ipsi fatētur)ergo ea à qua liber priorū materialis erit:
At paulo inferius,cum de resolutione agemus,eorū error apparebit euidentior:
Secunda positio. Posteriores philosophi quæsitū dissoluentes,id prius aperiunt,in quo lis tota
verti videtur,quid videlicet resolutio sit,hanc sane resolutionem & syllogismum
idem esse autumant: vnde ars resolutiua idem apud illos, quod syllogistica so-
nat:hoc iacto fundamento:soluunt illud,quod in dubium vertebatur,& aiunt li-
brum priorum proinde primum Analyticum nuncupari,hunc vero secūdum, quo-
niam ille de syllogismo tractat ad nullam materiam ligato,hic autem de postre-
ma resolutione,quandoquidem demonstratio pars subiectiua syllogismi est: cum
omnis demonstratio syllogismus sit,& non econuerso:prius enim genus natura est
specie:quare syllogismus non contractus,quod genus est,prior demōstratione erit,
Instantia. quæ eius species est:Iure itaq; ille prior,hic vero posterior dicitur. post hæc quan
dam soluunt instantiam quæ ea esse posset:ex his igitur eueniret,vt liber de syl-
logismo Topico secundus Analyticus siue posterior appellaretur: pariter & in-
quisitio de Elencho syllogismo,nam cum de syllogismo speculētur,de resolutione
etiam disputabunt:& cum syllogismum ad Topicam atq; Elencham materiam
ligatum speculentur, posteriores,resolutiui etiam dicentur:soluunt,& quod ratio
suadet,fatentur:vtriq; nanq; libelli posteriores Analytici vocantur,cur autē hoc
Cap.4. nomine ab Arist.non vocitentur,id in causa inquiunt esse:quoniam Philosophus
secundo Topicorum testatum reliquit,quandocunq; aliquod nomē pluribus cō-
uenit,& vni eorum est nomen impositum,alteri vero nequaquam,illud cui non est
impositum nomen, communi nuncupabitur nomine: Et propterea cum secunda
Analysis commune sit nomen demonstrationi,Topico,atq; Elencho syllogismo:
libellus autem de dyalectico syllogismo,itidem & Elenchorum cum propria no-
mina sit sortitus,quoniam alter Topicorum,alter Elenchorū nominatur,huic au-
tem cum nomen proprium non sit impositum,merito communi dicitur nomine.
Sed

Arguitur ſecũda poſitio Sed maximopere decipiuntur,& eorũ error planior fiet, ſi ab eorũ poſtremo exordiamur lapſu. Inſani profectò ſunt,cum ideo inquiſitionem hanc, Analytica poſt:appellari affirment:quoniam non erat ei nomen impoſitum proprium,quã doquidem Ariſ.nunquam legiſſe videntur,qui inter initia lib. priorum peculiare illi nomen inſtituit,vbi eum de demonſtratione inſcribit:primum, ait, dicere oportet circa quid,& cuius eſt intentio quoniam circa demõſtrationem,& demõſtratiuam ſcientiam,& paulo poſt: dicendum nobis eſt de ſyllogiſmo,poſtea de de-

Cap.4. monſtratione:& ſecundo poſt:epilogo colligens,quæ primo poſteri.edocuit, ait,

100 de demonſtratione,& demonſtratiua ſcientia diximus.Liquido igitur conſtat qui de demonſtratione hunc librum appellet Ariſt.Idem Alexan.in Topicis,& Auerroes ſæpe ſæpius teſtantur:Adhuc Auer.authore cum eadem ſit vtriuſq; libri reſolutio,ac ea ſit quæ contraria eſt naturæ cõpoſitioni,vt quæ à poſteriori ad prius proficiſcatur,demonſtratio autem cauſæ & eſſe,& demonſtratio cauſæ tantum,cum à poſteriori ad prius non tendant,ſed à priori in eſſe,ad prius,ea igitur pars Analytica non erit appellanda,ſed ea tãtum quæ admodum exigua eſt,vt quæ de demonſtratione,quia. Præterea Auerroes primo huius reſolutionem definiens,ait

93 eſſe inuentionem cauſæ primæ,vt eſſe quæſiti,ſyllogiſmus autem ex premiſsis in eſſe conſtitutis emanat : reſolutio vero regularum præmiſſarum inuentio eſt, non eſt ergo ſyllogiſmus ipſa reſolutio : poſtremo à quo definitio, & definitum eſt denegatur : eſt nanq; ſyllogiſmus oratio in qua quibuſdam poſitis aliquod

Opinio propria. aliud neceſſario euenit, at reſolutio inuentio eſt, non igitur reſolutio ſyllogiſmus eſt,nec vice ſequitur verſa: vera itaq; ſententia eſt cur ille prior, hic vero

Cauſa.1. poſterior dicatur, quoniam ille de forma demonſtrationis, quæ pars eſt ſyllogiſmi demonſtratiui:& prius docenda,hic vero poſterior, & ſecundus : quoniam demonſtrationis materiam,quæ poſterior eſt pars,& poſterius docenda,contemplatur:Demonſtratio autem, quod paulo inferius Auerroes oſtendet, duo in ſe

Demonſtratio duo claudit in ſe. claudit,quorum alterum formæ nomen ſubeſt,quod nil eſt aliud,quàm ipſa ſyllogiſtica compoſitio,& hanc Latini ſyllogiſmum ſimpliciter appellant,qui debitus propoſitionum ordo in figura eſt,de quo liber agit priorum: Alterum materiæ gerit vicẽ,& ſunt ipſæ præmiſſæ veræ:Materia tamen demõſtrationis cũ ipſa forma ſit poſterior,ac poſterius docenda,non ab re,quoniá pręſens inquiſitio de ea

Dubium primum. agit,poſterior appellatur.Sed cauſa hæc in dubium vertitur, omnis nanq; forma in propria materia ſemper conſpicitur,vt ex ſecundo phyſi.auſcult.liquet:ſyllogiſmus vero ſimpliciter forma eſt demonſtrationis,quare materiam propriam habet, à qua nunquam ſpoliatur quæ modo hæc materia ſit inquiritur:Nam cum trifariam materia ſecetur, ad quam forma deſcendit ſyllogiſtica neceſſaria vera quæ demonſtrationi deſeruit,Topica ex qua topicus ſyllogiſmus conficitur,& Elencha ex qua Elenchi fiunt ſyllogiſmi:harum igitur cui forma propria dicetur, ſi neceſſariæ,igitur de demõſtratione ille liber verba faciet ſi ꝓbabili propria forma,ergo liber priorum & Topicorum vnus liber,idem de Elẽcha materia erit di-

ſecunda dubitatio. cendum.Dubitabis adhuc,ſi ideo ille prior eſt quoniam de forma,hic vero ſecũdus quoniam de materia agit,Topicorum igitur & Elenchorum libelli poſteriores,

tertia dubitatio. & ſecundi dicentur. Poſtremo philoſophi verba difficultatem pariunt,nam primo priorum ſect.tertia docet ſyllogiſmos reſoluere,ab ea igitur reſolutione inibi

Solutio primi dubii. conſiderata reſolutiuus dicetur,quare à priori reſolutione prior.Euertimus hæc, & primo dicimus formam bipartiri,alteram naturalem, vt quæ ab agente natu-

tali,ex materiæ gremio educitur,alteram vero esse ab arte resultantem vt quæ ab Artifice in materia disposita,præparataq; inducitur:naturalis itaq; propriam sibi determinat materiam,à qua nequit separari,vt in secundo de physica auscultatione,&.7.primæ philosophiæ testatur philosophus:veluti animalis forma non nisi in carnibus & ossibus conspicitur:at ea quæ arte in pluribus materiis specie distinctis veluti figura & Cæsaris imago,in stanno,ære,& ligno,atq; cera sæpe sæpius videtur:quare syllogistica forma,cum sit ab arte constituta,vt ab intellectu propriam sibi materiam non determinat,nec vendicat,ac de ea,quatenus indifferens est,priorum tractatus verba facit. Secundum autem dubium solui solet ab interpretibus,& nil absurdi sequi arbitrantur,si secundi atq; posteriores appellentur,non tamen resolutiui:quoniam resolutionis naturam nõ inuestigant: vna tamen solutio infra patebit,cum neutrum tractatum Logicæ partem esse declarabitur:de materia autem Topica atq; Elencha ibi ex accedenti agitur:ex his modo,quæ ex accedẽti in arte speculantur,nomen ars nõ sortitur:Absoluũt & tertiũ quoniã docet resoluere,hoc est,reducere posteriora ad priora:resolutio nãq;,à qua hic speculatio inscribitur,ea est,quæ est contraria compositioni naturæ,vt infra latius mõstrabitur,Est & alia causa,cur ille prior hic vero posterior dicatur: sermo enim qui est de vniuersalibus est eo prior ordine doctrinæ,qui est de singularibus:cum ex vniuersalibus ad singularia proficisci oporteat:si verum philosophus in physicis asserit:iam igitur ea cõtẽplatio,quæ prior dicitur de syllogismo, est simpliciter,& est genus demonstrationis,quare communior & vniuersalior ipsa,quæ eius est species,genus enim communius est sua specie:ieccirco cum ea contẽplatio prior,demõstrationis genus speculetur,hæc vero inqsitio demõstrationem,syllogismi spatiũ,vere illa prior,hæc posterior erit:atq; hæc ratio ab ipsomet Aristotile rerum omnium bonarum authore sumi probe potest,qui primo priorũ causam prebens cur prius de syllogismo,quàm de demonstrarione loquatur,ait, quoniam syllogismus est vniuersalior cum demonstratio sit syllogismus,& non cõuertatur,ait (exponere) Græci testantur plures esse modos,quibus Aristotelis litera ab expositoribus solet interpretari,vt simpl.in prædicamentis retulit,alii nanq; ipsa verba dumtaxat,apertius,atq; exploratius transferre sunt enixi,quidem modus paraphrasticus nuncupatur:quemq; vbiq; bonus Themistius insequitur:alii contra nudas ipsas Arist.sentẽtias explicare studuerunt,vt Porphirius fecit,in quodam suo libello,qui de interrogatione,& respositione inscribitur alii præter verborum expositionem mediocres quæstiones attigere, vt Alexan. Aphrod.& alii quàm plures;Aliis tandem solum ad versus ea,quæ dicuntur,scribere placuit,vt lutius & Nicostratus in prædicamentis fecere,alii demum literam & sensum simul in ampliora mutare,digrediendo,& notando explicare maximo studio elaborarunt:vt Simpl.Amonnius,Philoponus.Sirianus,& id genus multi; Auerroes vero hos omnes interpretandi modos est planè assecutus,paraphrasim in lib.Logices Arist.prædicamentorum prædicabilium porphirii,de interpretatione,in Poetica,& Ethetica,& alibi nudas ipsas sententias explicare placuit, præter verborum interpretationem,mediocres etiam quæstiones attigit in lib. paruorum naturalium,& priorum:dubitationes scribere dumtaxat libuit in quæsitis logicis,in lib.destructionum,in disputationibus naturalibus:magnam commentationem,in lib.physi.methaphysi.de cœlo,de anima,& hic etiam eundum insequitur,& proinde,ait,intentio mea in hoc sermone est quandoquidem in cæ teris

[Margin notes: 12. 37. — Solutio.2. — Prima solutio. — Propria solutio. — Solutio.3. — Causa scda. — Cap.4. — Quot modis Aristotelis litera solet interpretari.]

teris Logicæ librisnō fui interpres, qualis hic est, qui liber de demōne inscribitur: Inscribi idē sonat, quod nominari: sed inscriptio à notiori scribēdi instrumēto sumitur, qđ est demō: Quod si à prestātiori inscriptio accipi solet. vt Simpl. lib. de
Dubiū primū. cœlo, philoponus in de ortu & interitu, cum in hoc lib. non tantū de demōne, sed
Solutio. etiam de definitione agatur quæ longe est præstantior ipsa demōne, ab ea igitur inscribi debet: hoc diluimus: non. n. semper ab eo, qđ dignius est inscriptio nomē dicit: quando pid quidē verū est, vt inscriptio ea est lib. de cœlo: interdum à subiecto vt libri primi de phys. auditu, de principiis inscribūtur, quoniā ibi subiectum sunt, vt Græci fatentur: aliquādo à principiis subiecti vt prima philosophia quæ de separatis dicitur: interdum a subiecto vt prima philosophia scientia vniuersalis quoniā ens vt ens contēplatur: interdū à præcipua affectione quā ars cōsiderat, vt lib. de auscultatione physica de motu, qui est præcipua corporis naturalis affectio, vt Auer. secundo huius, & Grāmaticus primo phys. & lib. de ortu & interitu: postremo ab eo, quod est clarius in facultate: & hoc mō facultas hæc suū traxit, & sor-
Dubium secundum. tita est nomē: nā demō instrumētū est manifestius, q̄ ipsa sit definitio, vt in pgressu patebit: Sed hic solēt ambigere: cū tres sint species demōnis, altera quæ vno examine vtrūq; quæsitū absoluit, & quia, & propter quid, quæ causę & esse dicitur, al-
Solutio. tera quæ causę tantū, tertia quæ signi demō nūcupatur à qua nā videlicet demōnis specie inscriptio sumatur. Auer. in Epith. logicis cap. de demōne, secundū prius & posterius demōnē de suis speciebus prædicari fatetur: simplicissima demō prius nomen sibi acquisiuit mox cętęrę: quare hæc inscriptio à præcipua specie, vt à simplicissima demōne accipietur, à qua vnitatē scientia capit cum vnitas à præcipua nominis specie in scientia fluat: Sed dices adhuc si in his quę secundū prius, & posterius dicuntur, prius semper est causa posterioris, quo modo demō simpliciter causa erit cæterarum: Soluitur ex Auer. 4. meth. 2. vbi diuidit ipsam Analogiam tres in partes, in subiectum, penes quē modum substātia causa est accidentis, vtpote materia, quēadmodum ibi fatetur, in agentē, & finem, sicut demonstratio simplex reliquarum causa est, sunt enim reliqua huius gratia, & ad eā referuntur.

Abramus. *Quoniam non peruenit aliquis Commentator, qui ipsum exposuerit iuxta literam.*

Burana. *Quoniam non peruenit ad nos à reliquis expositoribus expositio super uerba.*

Causam suæ intentionis, cur secūdos Analyticos interpretari intēdat, adiūgit, & ait, cū aliquē inter Ari. interpretes nō inuenerit, qui eiusmodi opus iuxta literā fuerit interpretatus, qđ duas ob causas asserit, cū vt eorū defectum suppleat, tum vt studētiū animos sibi cōciliet, vtilitatē ex sua expositione proponens, adiecit iuxta literam, iuxta modum magnæ commentationis, aut iuxta literam idest iuxta sciētiam veram, quæ ex litera colligi potest, cum iuxta literam alios arguit.

Abramus. *Sicq; incboabimus secundum interpretum morem, commemorando quædam, ut libri intentionem eiusq; partes, ac ordinem, & iuuamen.*

Burana. *Aperiemus autem hoc secundum consuetudinem ipsorum, exponentes partes intentionis & ordinem ac utilitatem libri, & partium suarum.*

Intentione, & causa ostensa, eam in pręsentiarum exequitur, sed prius modum explicat, quem sectari inter exponendum pollicetur: & inquit se interpretationem exordiri seruando ordinem græcorum interpretum, prologum faciendo, atq; ea præmittēdo, quę prę viæ sunt dispositiones ad literę explicationē: vt libri ea quæ iam commemorare est policitus, exorditur, & quatuor esse inquit, vt libri intētionē eiusq; partes, videlicet diuisionē, ordinem, & iuuamen. i. vtilitatem, quam studiosi

Cōtradictio auer. enāciscant: Sed hic nō cōstare videt Auę.in præfatione.n.primi de phys.auscultatione interpretū Græcorū morē insecutus.8.explicanda,inter libānitia esse cēsuit: vt præter hæc nomē libri & Authoris viā doctrinæ atq; ꝓportionē ad alias artis

Solutio. partes: huic respōsū dabimus, & dicemus ꝓinde hæc liquisse, quoniā Autho.nomē perspicuū erat, cū nullus ambigat an libellus hic sit legitimus Ari.fœtus nec ne, vt de lib.Periher.Androni.dubitauit: nō meminit nōīs libelli: quoniā dū prologū adiicit, eius etiā nōīs nō est oblitus, cū librū de demōne inscribi dixerit: in calce aūt libri de ꝓportione etiā sermonē habet. Viæ aūt doctrinæ ideo nō meminisse

Cur non meminit uiæ doctrinæ. crediderim, quoniā satis clara, & explicata est in Cōmentatione magna, quā in librū edidit priorū, qua nos caremus: & ibi ideo quoniā primus dicit resolutiuus,

Solutioq; prima. aut quoniam via doctrinę triplex demōnis genus est vt ipse in principio para-

Solutio secunda. phrasis meth. cōclusit & primo phys.cū igit in opere hoc edocent, nō meminit:

2. & 3 tertia, causa. iccirco tanq̄ ignota, & posterius edocēda omisit: in phys.aūt quoniā manifesta est, iccirco meminit illius: Aut fortasse in causa est, quia via doctrinæ in scientiis triplex est demōnis genus, sed in hac inquisitione, & in ea quæ prior dicitur via est resolutiua: resolutione nanq; demōnis cuiusq; atq; syllogismi conditiones inuenit: quare ex descriptione patebat viam doctrinæ esse resolutiuā cum secundos Analyticos interpretari prædixerit: quæ autem resolutio sit, a qua hæc facultas inscribatur explanatum satis fuit in lib.priorum, vt deinde testabitur.

Abramus. *Dicimus itaq; libri intentionem esse demonstrationes, & definitiones.*

Burana. *Dicimus igitur q; intentio libri est speculari de diffinitionibus, & demonstrationibus.*

Quatuor disserere est pollicitus, quorū primū erat intētio: hāc igit explicare intēdit: & ait intētionem esse explicare & scrutari, demōnes & definitiones quonā videlicet modo cōficiant: ait aūt in plurali numero demōnes &c.vt cuiuscunq; demōnis speciē cōtēplaret, vtpote causę & esse, causę tātū, & esse tātū, vt ipse met

primo testis est.2.huius: cū dicat Arist.primo lib.edocuisse quid sit demō, quot sint eius species, & ex quibus singulę species cōficiūtur, ac quarū conditionū, & dispositionū sit, an demōnes tantum, an demōnes perfectæ: itidē de euentibus & accidentibus quæ demōnibus contingunt: ait definitiones quoniam sunt tres definitionis species, vtputa, quę principiū sit demōnis, quę demōnis cōclusio, tertia quę demō est

41. 46. solo situ differēs: vt.1.&.2.huius Philosophus habet oēs definitiones in medium affert, vt oēs cōprehēdat sub illa tantum dictione definitiones: na.2.huius asserit Arist.intentionē esse cōsiderare de speciebus definitionis, deq; rebus, quibus cōstāt ipse definitiones, & de modo, quo educantur & vniuersaliter de omnibus ipsius

Dubium. euētibus & dispositionibus. Sed si vna ars, atq; sciētia vnius est generis subiecti, cū hæc inquisitio vna sit, nō igit definitio & demō instrumēta speciei se iūcta, subie-

Solutio prima. 33. ctū sunt, eruimus hāc difficultatē, sed illud prius, quod Auer.2.huius annotauit, subiiciemus, vtpote, subiectū in duas secari partes alterū.n.totius, alterū aūt partis dicit: Totale describit esse, circa quod tota sciētia tanq̄ circa totū versatur: & versatur vnaquęq; sciētia potissimū circa tria necessario, circa principia, species, atq; subiecti affectiones: vnde non nisi circa subiectū consideratio habetur: partis aūt subiectū dicit illud, circa quod pars scientiæ, veluti circa totius parte suū, opus exercet: est.n.totius subiecti pars, siue species: quādoquidē subiectū totius species habeat necessum sit, eius vero species partis subiecta vocantur: ad rem igitur redeamus, subiectū totius vnum esse in scientia oportet. Sed partis plura nā cum subiectum totius species sub se claudat, ideo fit, quo subiecta plura sint

demonstratio

demõstratio aũt & definitio ptis subiecta sunt, hæc.n. instrumẽti sciẽdi sunt species, & de altera specie, puta de demõstratione in primo differit lib. de altera aũt, vt de definitione in .2. subiectũ itaq; totius instrumentũ est sciendi, vt postea mõstrabimus: Vel dicamus subiectum vnum dici ex modo considerandi, qui cõmunis est
Solutio . 2. 179. speciebus, principiis, & affectionibus, qđ bene olfecit Auc.1. huius: quare quoniã demõstratio, & definitio qd vnũ sunt cõsiderãdi modõ, quatenus ambę sciẽdi sunt
Dubitatio. instrumẽta, vnũ vtiq; dicetur subiectum: Verũ enimuero dubium agitatur, hic q nã fiat, vt ĩstrumẽtũ sciẽdi, demõni, & definitioni cõe, de vtrisq; predicetur: Hoc di
Instrumentũ sciẽdi est analogũ demonstrationi, & finitioni. luit Aue: in illo de definitione, q̃sito putili, quoniã sunt secũdũ prius & posterius: eo qa definitio lõge est præstantior sciẽdi methodus ipsa demõne, quare nõ vt natura cõis prędicat, sed secdum prius & post. & de definitione secũdũ naturã prius:
Obiectio. Verũ hæc solutio obiectione nõ caret, si secũdũ prius de diffinitione instrumẽtũ
Solutio . 1. sciẽdi dicitur, cur prius de ea nõ egit, cũ priora pfectione interdũ pferant: huius causam subiũgimus, annuẽtes principiũ doctrinæ interdũ esse, vnde qs facillime
primo. addiscit vt. 5. meth. demõstratio itaq; cũ lõge facilior sit cognitu, q̃ ipsa definitio, est.n. instrumẽtũ magis pspicuũ, non abs re prius cũ ea commertiũ est habendũ in
Obiectio. his libris, Sed arguũt nonnulli aduersus hanc responsionẽ, ac demõne clariorẽ esse definitionẽ nitũtur ostẽdere: principia nãq; demõnis vt ex Ari. & Aue. liquet notiora sunt ipsa demõne, oĩs siquidẽ demõstratio ex principiis nobis notis exoritur,
48. Solutio. si bene inelligatur Philosophus .1. meth. cũ itaq; definitio demõnis principiũ est, quid vetat, qn clarior, & magis sit pspicua, q̃ ipsa demonstratio: Sed hi prorsus secũdi lib. intentionem ignorãt, vbi & si de triplici definitionis specie agatur non tñ vti principiũ, aut demõnis cõclusio, vel ipsa met demõstratio solo differẽs situ, sunt: de his.n. hoc modo consideratis in primo satis superq; disputat Aristo. sicut Auer. inferius docebit, quoniã huius definitionis species in .2. parte considerãtur quatenus ingrimus, qd nã ipsa diffinitio notificet, & vt cognoscendi instrumẽtũ est à demõne seiũctũ: proinde licet definitio vt mediũ, & principiũ est, sit demõne lucidior, non tñ seipsa vt notificat qd: & hoc mõ demonstratio notius erit instrumẽ
Solutio . 2. tũ q̃ ipsa definitio: atq; hoc qũo fiat posterius perscrutabimur: Aut in causa est, quoniã cõplura ex sermone de demõne pspicua euadũt sup ipsa definitione: multa, .n. attributa, quæ demõni conueniũt, ipsi itidem definitioni congruũt, vt Auc. declarabit: quare cũ demõnis cognitio, definitionis cognitioni deseruiat, merito ipsius indagatio præponat oportet: Sed scire quis appetit interrogando quare in
Solutio . 1. 3. & 23. ter enumerata intentio proponitur: huic respondebimus, quoniã .3. & .7. sapiẽtiæ, quæq; ars in faciendo, simul ac in docendo ex præcognito fine ordinatur, quem efficere aut docere intendit: Similes enim his Asseuerat Alexan. hos, qui inten
Solutio . 2. tionem ignorantes iter habeat, quo ferantur nescientes quiq; in multos incidunt laberynthos: Vel causa fortasserit, vt primo moraliũ dicitur quoniã ad intẽtionẽ oĩa referũtur, vt via, ordo doctrinæ, libri proportio, quare non immerito præcognoscẽda anteponit: Verũ sibi met ipsi parũ videtur constãs Auer. qui proh. de phys. auditu subiectum ab intentione seiungi, opinatur. n. re seiungi, hic autem sui immemor inter hæc nullũ cadere discrimen censet: At ne tantum virum con
Prima causa. dãnemus, duas possumus huius causas assignare: quarũ altera est, quoniã exordiẽs proh. inquit, se Græcorũ interpretũ morẽ insequi velle, apud quos subiectum ab intentione minime discripat: atq; ob id idem esse censet impresentiarum. Altera
Secunda causa, aũt ratio esse põt, & hæc ipsi magis est congrua, quoniã non pollicetur simpliciter

suã esse intentionẽ, demõstrationẽ & definitionẽ: sed scrutari has ambas qualiter se habeãt, qualesq; sint: ipse enim paulo inferius dicet hæc verba, vt summatim dicam sunt præmissæ veræ: & cum de ordine differit, intentionem ait non esse de demonstratione, & definitione, sed harum regulas, & modum edocere.

Abramus. *Demonstrationes qdem tractat quo ad res, quæ procedũt uice materiæ ipsarũ, quæ ut sũmatim dicã, sunt præmissæ ueræ, qñ demões cõponũtur ex duplicibus rebus: quarũ altera sunt præmissæ, quæ gerũt uicẽ materiæ, et altera est ipsa rõcinatio, quã syllogismũ dicimus, quæ gerit uicẽ formæ: quæ cum explicata sint in lib. priorum Analyticorum, incepit hic sermonem facere de altera remanente ad cognitionem syllogismi demõstratiui, quæ est dispositio materierum, ex quibus ille componitur.*

Burana. *In demõstrationibus uero quædã sunt, quæ uicẽ exhibẽt materiæ, et hæc sunt propositiones ueræ. demõstrationes nãq; ex duobus cõsistũt, quorũ unũ est ppositiones, et hoc est, qđ uicẽ optinet materiæ, alterũ uero ipsarũ cõpositio, et hoc est, qđ uicẽ obtinet formæ, quæ mõstrata fuit in lib. syllogismi: incæpit igitur hoc in loco sermonẽ de eo, quod superest, ex cognitione syllogismi demonstratiui: hoc est materia ex qua componitur.*

Ostendit intentionẽ & artis subiectũ esse demões & definitiones iã igit primã artis intentionẽ aggredit explicare: erat.n. intentio de demõne: Sed cũ demõstratio nõ simpliciter dicat, de qua in.1.pte sermo habetur, demõnis secretionẽ inuit, & inqt demões nãq; &c. fatet hic demõstrationes ex duabus ptibus cõflari altera nãq; forma dicit, quæ ipsa est rõcinatio, atq; syllogisticus discursus, in modo & figura, altera materiæ vicem gerit, & sunt præmissæ veræ: qua quidem distinctione assumpta in.1.parte, illud enucleat, se nõ demõstrationis formã cõtemplari de qua satis in lib. syllogismi sit dictum, sed de altera hic speculat, quæ materiæ locũ obtinet in demonstratione, vt de præmissa vera, quasi vellet hic præmissarum cõditiones inuestigare, qbus demõstratio cõstat: ex his id colligendũ monemus vtrũq; & priorũ, & posteriorũ, de.1.etiã parte loquimur, & dicimus huius inquisitionis subiectũ esse demõstrarionem, considerandi tamẽ modus distinctus est: nam ea.1.inquisitio, nempe priorũ lib. demõstrationem considerat vt in recto modo, & figura disponit, quatenus aũt veras habet præmissas in.1.huius facultatis parte contemplatur Aristo. res itaq; subiecta vtriq; eadem est sed contemplãdi modus est diuersus: artes.n. diuersæ nõ tãtũ penes res cõsideratas distingunt, verũ etiã penes diuersum cõsiderãdi modũ, vt ex Ari. liquit.2.phys. exẽplo geometræ, & naturalis philosophi, qbus eadẽ res subiicit, vt quãtitas qđ Auer. epithe. Logicis quæsito de qualitate cõponẽdæ definitionis, & demõnis per belle annotauit: sed rogitauerit hic qspiã, quo nã mõ dicat Auer. in sũma cõsiderare præmissas veras: nõ.n. dũtaxat præmissarum veritatẽ, verũ etiã de omni, p se, & secũdũ quod ipsum ratiocinatur exponere Ari. vt.1.huius ipse met fatet, asseritq; nõ solũ præmissarũ conditiones cõsiderare, sed etiã quæstionũ, quæ sunt de omni dici, per se, & prędicatũ primũ: sed soluimus primã, præmissæ veræ sunt, quæ ex causa ppria pcedũt, & præmissa vera cæteras cõditiones includit, vt ipse asserit.1.huius: vnde ideo ait præmissas veras in summa, quoniã cæteras includit. Diluitur secunda, & ideo cõditionem quæstionũ non meminit, quæ prædicata cõclusionũ sunt, quoniã virtute in præmissis cõtinẽtur, quare cũ præmissarum etiã quæsitorũ cõditionum meminit: Aut quoniam quæstiones, & præmissæ subiecto eædem sunt, nã ex eisdem terminis, &

Qũo liber post. & priorũ sint unus liber.

18.

Dubitatio.1.

11 19 35. 36. 41.

Dubitatio.2.

Solutio primæ.

54.

materia

materia cōstāt: quæstio enim ex subiecto minoris, & prædicato maioris prouenit & conflatur, & sola rōne differunt, quoniā vt quæstio ignota, præmissæ aūt notæ sunt, & ideo positione differrunt: quare quoniam sub iecto eædē necessario easdē
54. cōditiones sortiūtur: itaq; ex Ari. lucet, qui primo huius cū quæ sint præmissarum conditiones monstrasset, ex præmissarum attributis, quæsitorum attributa infert.
Dubitatio. vt ibi Auer. aduertit: iccirco quoniā eædem conditiones præmissarum, & quęsitorū sunt cum pręmissarum, etiā quæsitorum insimul meminit: Sed quo modo adiecit ratiocinationem, quā syllogismū vocamus, cū in primo huius artis ratiocinationē
Solutio. 1. de quatuor dici asserat, vt præter syllogismū de Enthimemate, inductione, atq; exēplo fortasse, proinde dicit hoc, quoniam illa tria ad syllogismū reducuntur, in quo
Cap. 23. Solutio. 2. virtute cōtinētur, vt ex secūdo priorū patet: Aut dicamus absoluté hoc illū nō asserere sed se exponēdo, ratiocinatio, quasi velit dicere, illā dico ratiocinationem, quā
Dubium. syllogismū vocamus, & nō omnem. Verum id etiam in litem adducitur, qui nā fiat vt syllogismus dicaт forma demōstrationis: Dicimus, syllogismus demōstrationis
Quō syllogismus sit demonstrationis. est genus, ac est ea cōmunior primo Topicorū: genus modo forma est potentialis, & cōmunis determinabilis per differentiā, vt primo habetur meth. & secundo
19 28. phys. At dices, cur Porph. ait genus esse proportionale materiæ, si forma est, forma
Obiectio. Solutio. enim & materia opponūtur, quare si syllogismus genus est ergo materia & nō forma: soluit hoc Alex. disputationibus naturalibus, inquiēs genus vere forma est, sed secundū proportionē, & analogiā materia, vt enim materia potētia est forma, & illius aduētu existit atq; cōtrahitur, & diffinitur, vere tamē cōmunis forma est.
Obiectio. Neq; illud veritati cōsonū videtur, nēpe, præmissas veras esse materiā, id enim, quo aliquid ab aliquo differt forma est vnūquodq; enim seiungitur differentia,
11. quæ forma est particularis secundo phys. demōstratio aūt cū à Topico, ac Elēcho syllogismo ob pręmissas veras secernatur, sicut ipse primo huius testastur, forma igi
6. 31. 6. Solutio. tur & nō demōstrationis materia est. Verum si quæ ipse. 1. huius &. 8. meth. testata reliquit, in mediū afferamus, facilis erit dubitationi satisfacere: ait enim accidētis differētia nō eodē se modo habet: cū illa substātiæ, hæc enim forma est, ex qua differētia accipitur, sed ea accidētis à subiecto, & materia: iccirco cū demōstratio accidēs sit, igitur demōstratio à materia, & à subiecto, & nō à forma sumit differētiā. Sed cū differentia in accidētibus à materia sumatur, oportet etiā vt, causa ex
14. 15. plicetur, quæ ex Arist. regula haberi pōt septimo diuinorū, vbi inquit, sicuti res se habet ad esse, sic se habet ad quid & quod quid est, & definitionem: vnde cū accidentia esse absq; substātia nequeant quod dilucidū est ex Ari. ibidem, neq; igitur quid, nec quod qd est, nec minus definitionē habēt præter substantiā verū cū differētia sit ea, p quas res in esse cōstituitur, & ob substātiā accidens esse partici
8. pat, ergo substātia accidētis erit differētia, quæ cū materia accidētis sit, vt Auer. 4. meth. habet: ergo à materia in accidētibus differētia sumitur: nō secus ex his cōstat substātiā in ratione accidētiū suscipi, ea aūt quæ in definitionē cadunt, vel genus vel differentia sunt iā vero cōstat substātiā genus accidētis nō esse, eius igitur erit differētia & ob id Philosophus inibi substātiæ simpliciter definitionē esse asserit, ea. n. p se est ens, accidētia vero ob aliud puta, ob substātiā, ideo ex additione substātię definiri cōclusit huius aūt accidētis definitionē scdm qd, & ex additio
40. ne vocauit: quod Auer. aduertēs eodē septimo ait, formas in materia in existētes definitiones impfectas habere: quoniā entia p se non sunt, sed in alio, vt in materia & ideo ob materiam definiuntur, quod satis lepide Alexan. & principio eiusdem

libri & in progressu declarat. Hinc velim eorum error perspicuus cuiq; sit qui ex acta diffinitione diffiniri posse existimant accidentia: si nanq; deffinitio ita ad rem se habet, vt res ad esse, cum teste philosopho accidentia entia non sint
20. nisi ob substantiam, neq; igitur absq; substantia definiri possunt: & hoc ex Auerrois regula ibidem planum fieri poterit: nam cum esse non equiuoce neq; eodem modo substantiæ & cæteris cathegoriis conueniat vt idē philosophus testatur, sed
15. secundum prius & posterius: primum enim ens substantia est, quod Alexan. etiā
51 57. ibi, & primo phys. & Simplicius, & Ammonius testantur, ipsa igitur causa erit cur cætera entia sint: quando enim aliquod est prædicatum pluribus conueniens & vni primo, reliquis secundo prius causa est, quare reliqua illud habeant, quæ quidem ratio Arist. fuit ibi: nam definitio primo & simpliciter substantiæ est, accidētium autem per posterius, & secundum quid, ergo substantia causa est, vt accidentia habeant definitionem: Verum quoniam res satis aperta est apud Aristo. loco nuper citato & à nobis etiam hoc anno, dum illum librum Patauii publice interpretaremur, explicatum est, ideo satis superq; arbitror demonstrasse locum, quare vt vnde progressa est oratio, redeat, differentia ideo à substantia, quæ materia est in accidentibus inuenitur, quoniam accidentia ob aliud, puta, ob materiam sunt: iccirco per differentiam, quæ est alterius generis definiuntur: non immerito igitur cum demonstratio accidens sit à mente eleboratum, genus eius à forma, differentia vero à materia accipietur: nec ideo tamē præmissæ veræ, vera sunt materia, sed veluti materia, cum demonstratio non sit accidens in re exstiens iuxta Auerrois doctrinam, sed secundum intellectum accidens diminutum est, & non vere, quare neq; eius materia vera materia: vti enim demonstratio nō vere accidens est sic neq; eius materia, vti præmissa vera, vera materia erit: verum dicitur materia quatenus ab ea differentia demonstrationis, quæ accidens est, accipitur: potest & hoc etiam
3. dici, videlicet, ideo veram non dici materiam, quandoquidem materia vera principium operandi non est: siquidem forma sit, qua vnumquodq; agit: formæ enim est agere secundo de generatione: pręmissæ autem verę in demonstratione sunt principium, & causæ operationis suæ quocirca non vera est materia, vt in accidentibus in quibus materia tantum causa est esse & non operis, vti agens, quod sen-
2. sit Auerroes. 4. methaphysi.

*Et hanc ob rem utrunq; librum Arist. inscripserat eodem nomine.*

Abramus *Et propterea uocant ambos libros unico nomine.*

Burana. Ostensum est supra ex duabus rebus demonstrationem componi, quarum altera erat forma, cuius Arist. lib. priorum meminit, altera materia, vt præmissæ veræ, de quibus in prima parte huius facultatis disputatur: id iam Arist. exemplo illustrare aggreditur, qui vtrunq; librum vno nomine inscripsit Inter enim initia lib. priorum intentionem aperiens dixit circa demonstrationem, & demōstratiuam scientiam, quod proinde factum est, quoniam vtriusq; inquisitionis idē subiectum est: de parte quidem formali ibi, hic vero de materia ipsius: iccirco Ari. de demonstratione, & demonstratiua scientia vtrunq; librum inscripsit, quoniam vnicus est liber, qui de vno subiecto disputat qui cum duas habeat partes, de vna in prioribus, puta, de forma, de altera vero hic, vtpote, de materia: Posset aūt qui-
Dubium. spiam hæsitare, si syllogismus non tātum demonstrationis est forma, sed etiam Topici, & Elenchi, cum eorum sit quoq; genus, vt primo Topicorum liquet, cur potius demonstrationis

Cur ſyllogiſmus ſolus demõſtrationis forma dicatur. demonſtrationis forma vocatur? Ariſt.ſecundo Topicorum ſatis huic quæſito facit inquiens,quãdo idem pluribus conſueuit,& eorum vni primo,atꝙ modo præſtantiori reliquis autem ſecus,abſolutè illius dici poteſt,cuius eſt primo,quoniam

Solutio . 1 aliorum non niſi ob illud competit:cum igitur ſyllogiſmus primo demonſtrationi conueniat,& cæteris ob ipſam,ad ipſam enim cæteri referuntur,ſicut poſt hæc

Solutio . 2 late patebit,iure illius forma appellatur. Aut ſyllogiſmus demonſtrationis forma dicitur:Scribit enim Aue.in calce prologi reliqua in reliquis Logicæ partibus inſtrumẽta edocta ſunt,nõ niſi vt ipſi demonſtrationi deſeruiant,edoceri:ex quibus claret,ꝙ quanuis ſyllogiſmus reliquorum forma ſit,quoniam ea omnia ad demonſtrationem referuntur,& à fine vnumquodꝙ recte nomen ſortitur,ex ſecundo

41. de Anima,iure demonſtrationis forma,ſyllogiſmus vocatur. Verum enim vero

Quæſtio de ſubiecto vt magis quæ ab Auer.hic dicuntur,eluceſcant,quæ inquam de ſubiecto diſſerit longius ſermonem producamus,cũ præcipue oẽs ferè,quos perlegimus,ipſum condamnent,& demonſtrationes,& definitiones ſubiectum ſimul eſſe non conſtituãt,

Opinio . 1. verum tantum ipſam demonſtrationẽ:primo quidem nituntur hi Ariſto. verbis propoſitum commonſtrare,mox ratione. Philoſophi verba illis ad ſtipulari videntur,qui in ipſo met aditu libri priorum libelli intentionem præponens.d.cir-

Cap.4. 100. ca demonſtrationem,& demonſtratiuam ſcientiam & nil definitionis meminit:& & infra dicamus primo de ſyllogiſmo,poſtremo de demonſtratione,& ſecundo poſterio.epilogo colligens quæ in duabus libelli partibus nempe primo & ſecundo poſt.diſputauerat,ait diximus quid demonſtratio,& demonſtratiua ſit ſcientia:& Auer.rurſus in calce ſecundi huius inquit explicit iam liber,qui de demõſtratione dicitur:& in fine prologi partes omnes Logicæ ad librum de demonſtratione referri aſſeuerat,& nihil deffinitionis meminit. Alii contra ad idẽ ſic arguunt:facultas hæc,vt ex Auer.colligitur de demonſtratione inſcribitur,inſcriptio autem à ſubiecto ſumitur demonſtratio igitur tantum ſubiectum eſt.D.Thom.etiam arguit:in ſecundo tractatu de medii inuentione agitur,non igitur de deffinitione aſſumptum ex Ariſt.progreſſu oſtendit initio ſecundi venatur medium principi formalis,mox eorum quæ virtute demonſtrationem ingrediuntur vniuerſa ergo ſecunda pars circa medii demonſtrationis inuentionem negotiatur. Philoſophus item primo priorum inquit,vna ars,atꝙ facultas eſt,quæ ſyllogiſmi generationem edocet,eius etiam facultatem,& poteſtatem,quæ eſt ipſius inuentio:cum igitur inquiſitio hæc demonſtrationis generationem inueſtiget igitur & eius medii inuentionem:Quare cum prima pars demonſtrationis generationem abſoluat,aperit nanꝙ ex quibus & qualibus demonſtratio conſtet,rationi conſentaneum eſt vt illius medii inuentionẽ ſecunda pars edoceat:ſecũdo etiam huius oẽs cauſas,vt medium Ariſt.contempletur,proponit:oſtendit enim quo modo per omne genus cauſæ demonſtrare contingat Poſtremo principio ſecundi cum ſtatuiſſet quatuor eſſe quæſita,ea ad medium reduci oſtendit cuius cauſa id eſt quandoquidem de medio intentio eſt:his itaꝙ coniecturis ſubiectum totius demonſtrationem conſtituunt:inquiuntꝙ prima parte Ariſt.demonſtrationis partium cõditiones edocere,in ſecunda vero medium venari cum principii formalis,tum eius,quod virtute demonſtrationes ingrediuntur:addunt & illud,deffinitionem in ſecunda parte nõ niſi per accidens conſiderari quatenus videlicet cum medio,& cauſa coincidit:

Opinio arguitur. Sed mehercule vana hæc omnia ſunt & Ariſtote.auribus non conſona:in ſecunda enim parte non de medio,ſed de diffinitione agitur,vt inſtrumentum eſt à demon-

ſtratione ſeiunctum:quod monſtrare nunc intẽdimus,id primũ ſupponentes,quod paſsim,& vbiq; locorum omnes vno ore fatentur, nempe, duo eſſe ſciendi inſtrumenta demonſtratio,quæ demõſtratiuam ſcientiam parit et,definitio quæ definitiuam gignit.tum ſic ſi in ſecunda parte de definitione vt inſtrumentum eſt,à demonſtratione ſeiunctum ſermo non fieret,mutilus in Logica erit Philoſophus, quod nefas eſt fateri,vt enim teſtis eſt Auer.in præambulis primi Phiſicorum: & quæſitis Logicis quæſito nono Auth.Alexand,. eſt: Ariſtot. tres artes compleuit,& præſertim Logicam quare cum duo ſint ſciendi inſtrumenta, puta, demonſtratio,& definitio,quoniam in prima parte de demonſtratione agit, rationi conſentaneum videtur,vt in ſecũda,ne manchus ſit Philoſophus de definitione agat, quæ alterum erat ſciendi inſtrumentum: Verum ſolet hæc ratio moleſtari, equidẽ nonnulii aiunt in ſexto Topicorum Ariſt. de ipſa diffinitione egiſſe,Atq; hi toto aberrant cœlo: in Topicis enim quamuis de ea mentio facta ſit,hæc ideo quoniam problematis Logici prædicatum eſt,opinionem & nequaquam ſcientiã pariens:quod aperte colligitur ex Philoſopho in ipſo met primi Topicorum aditu, vbi illius lib.intentionem proponens ait ſe velle tradere methodũ.p quã ſyllogizare poſsimus de omni problemate propoſito ex probabilibus, quod etiam cap. ſecundo Planius fecit,cum definitionem inter Logica problemata enumeraſſet:

Solutio quorundam arguitur.

3\. Auer.itidem ſecundo huius manifeſtum reliquit Topicum conſiderare definitionem,vt ens in anima eſt ſecundum intellectum quæſitum diſputatum à Topico:nõ à ſcientiis demonſtratiuis: Analyticus vero oppoſito calle permeat,quatenus videlicet prædicatum eſt naturale in rebus extra animam,non in anima ergo vt inſtrumentum ſcientiam notificans,& quo perfecta acquiritur ſcientia:quare ſi non in ſecunda huius parte id obiiſſet oneris Ariſt.ille vtiq; manchus eſſet:Philoponus,cui etiam Euſtratius aſſentit, teſtatur in ſeptimo meth.de ea Philoſophum egiſſe,verum & ipſe etiam decipitur primus enim Philoſophus diuerſo longe modo definitionem ſpeculatur,quàm ipſe faciat Analyticus conſiderat quidem methaphyſicus definitionem vt ens eſt,aut entis affectio,& non vt inſtrumentum eſt, quid manifeſtans:quod Pbiloſophus liquido fatetur ſeptimo & octauo meth.qui eam quatenus ſub entis affectionibus cadit, contemplatur:nam ſeptimo meth. quærit, nunquid cauſa, quam definitio notificat forma ſit,an materia, & ait eſſe formam vſq; ad finem in octauo autem nunquid actus vel potentia:ſit,& dicit eſſe actum,& nunquid partes habeat,quo q; modo vnum conſtituat, & an vna plures, quæ omnia entis affitiones ſunt, vt ens, & definitioni vt inſtrumentum eſt, non conueniunt:de ea igitur quatenus inſtrumentum eſt,ſermo non habetur: Adhuc ſi primus Philoſophus definitionem vt inſtrumentum eſt,conſideraret,organicus vtiq; eſſet:cum à modo conſiderandi facultas denominetur:ſequela Ariſto.eſt in præludiis methaphyſices vbi teſtatur methaphyſicam non eſſe inuentam ad eruditionem,hoc eſt,vt Ariſto.per Ariſto.interpretemur ſecundo meth:vt edocet mo-

Solutio.Philoponus arguitur.

15\. dum,ac viam,& inſtrumentum,quo res cognoſcatur:non igitur organica eſt methaphyſica:Auer.item quarto meth.& infra aduerſus Alpharabium de definitio-

2\. ne loquens,ait,definitiones & demonſtrationes,quatenus ſunt entia à methaphyſico conſiderari,quatenus vero inſtrumenta ſunt ſciendi ad Logicum pertinet cõtemplatio:& rurſus quarto meth.& ſexto,modus conſiderandi primi Philoſophi à quo ſeparari nequit,eſt omnia quatenus entia ſunt conſiderare: de definitione igitur primus Philoſophus,non vt inſtrumentum,verum vt ens eſt,ſermonem habet:

Primo & ſecundo.

bet. Auer. etiam primo Topicorum: & inter initia paraphrasis primi lib. meth. & quæsito eo quo qualitates conficiendi demonstrationes, & definitiones edocet, inquit, modus quærendi proprius, & considerandi quæsita ad Logicum pertinet, qui organicus & instrumentalis est: omne igitur organicũ cõsideratur à Logico: & proinde Philosophus primus de definitione, non vt instrumentũ est, loquitur:
47. Vlterius septimo meth. primus Philosophus definitionem speculatur, vt vnum est entium, & vt pars entis est, non autem quatenus instrumentum est: Analyticus vero vt instrumentum est: quod etiam plané ibi Alexan. testatur, cùm afferat Aristo. eam quæstionem absoluere, in diuina scientia vtputa quæ, vt de vnitate, actu, & cæt. quæ definitioni conueniunt, non vt est instrumentum, sed vt pars entis: Ostendetur etiam in secunda huius parte non de medii inuentione disputari, quod in prima fit parte: atq; hoc dilucidum euadet, si prius quid inuenire sit, inculcemus:

Inuenire medium, quid.

Inuenire igitur nil est aliud quàm aliquid per conditiones manifestare, illas edocendo, vt boni equi inuentio, boni est equi conditiones aperire: & Reobarbari inuentio ipsius sensatas conditiones edocere, quibus ipsum agnoscere valeamus, quare si id sit inuenire, ibi vtiq; de medii demonstrationis inuentione differitur, vbi eius edocentur conditiones, atq; manifestæ fiunt, quod cum prima pars absoluat, de medii itidem demonstratiui inuentione ipsa disputat: secunda propositio ex Auer. clarescit: primus tractatus de demonstrationis forma non differit quoniam de ea liber syllogismi, eam autem partem contemplatur, quæ materiæ vicem subest, quæ sunt præmissæ, medium, & principium: at quæ de materia agit exponit attributa, conditionesq;, quibus tales dicuntur, & ad perfectam demonstrationis scientiam ducunt: rursus ex Aristotelis progressu compertum satis habemus, qui de simplicis demonstrationis medii conditionibus, vsq; ad. 95. perscrutatur, mox tum propter quid, tum quia demonstrationis medii conditiones contem-
9. platur Aristot. Accedit etiam quòd primo post. ex definitione ipsius scire inuestiget Arist. conditiones medii, & præmissæ demonstratiuæ si scire est vt posuimus, necesse est præmissas demonstrationis cum his esse conditionibus, vt ex veris, primis, immediatis, prioribus, notioribus, causis conclusionis, & ratio est, nam tertio moralium cap. sexto: artifex ex fine præcognito eligit ordinate res considerandas in arte: ita Philosophus tex. septimo præcognouit quid sit scire ex eo eligit intentionem docendam: si scire sit finis simpliciter, necesse est igitur præmissam principii: demonstrationis esse cum enarratis conditionibus: sic enim, ait, erunt principia eius, quod demonstratur: proinde conditiones medii demonstratiui: in prima cõtemplatur parte Philosophus: At quispiam posset hic ambigere, nam & si de inuentione demonstratiuæ præmissæ prima habeatur parte longus sermo, nõ tamen de medii inuentione, cũ præmissæ, & mediũ secernantur: huius profecto
9. facilis esset responsio quandoquidem idem principium, medium, & demõstrationis sit præmissa: nam primo post. ait Arist. sic erunt principia propria eius, quod demonstratur. Sic, idest, cum his conditionibus principium, medium causa conclusionis est, & Aue. ait medium definitio est: Rursus quo librum medium defini-
4. tur, ibidem etiam consideratur, nam sexto meth. & cap. de qualitatibus conficien-
11. dæ demonstrationis, considerandi modus correspondet definiendi modo: sed primo lib. medium & principium demõstrationis definitur: nam ibi habetur mediũ esse causam priorem, & notiorem conclusione: ibi igitur cõsideratur: idq; itidem ex Arist. progressu clarere potest: qui in prima parte omnes conditiones in medii

definitione positas enucleat, vt causam, prius, & notius, de quibus nullam in 2. speculationem fecit, verum ibi proponit, quomodo ipsum quid monstretur, differere; prima igitur pars medii inuentionem absoluit: Vlterius eiusdem est facultatis species subiecti considerare: cuius enim facultatis vna est species, eiusdem est & altera, cuiusdem est idem genus, eadem & species, vt 4. meth. & primo poster. cum igitur facultas hæc alteram sciendi speciem, puta, demonstrationem, contempletur ergo & alteram, nempe, definitionem: quatenus est alterum sciendi instrumentum à demonstratione secretum. Præterea quo definitio consideratur vt facit scire quid, ibi vt instrumentum à demonstratione seiunctum speculamur: nam definitio, vt à demonstratione distinguitur instrumentum est quid notificans, vt exemplo liquet primo Topicorum & secundo poster. quatenus enim quid notificat in secunda consideratur parte ibi ergo vt instrumentum est à demonstratione seiunctum: minor Aristot. est secundo huius cap. secundo quæstionem excitantis, an scire idem faciat demonstratio, ac definitio: quam soluens ait quod non: quandoquidem definitio scire facit, quid, ipsa vero demonstratio, quia, atque hoc confirmatur, quoniam eodem in loco definitio quatenus instrumẽtum est à demonstratione seiunctum, consideratur: nam vt idem demonstrationis medium id est, quod demonstratio scire facit, veluti accidens est, quod demonstratio notificat: 2. autem pars eodem cap. definitionem considerat, vt substantiam notificans est: eo quidem cap. Philosophus causam annectens, videlicet quod si quid demonstratione, idem definitione non sciatur, inquit diffinitio substantiam manifestat, demonstratio vero accidens: secunda igitur pars definitionem vt alterum sciendi instrumentum est, considerat: Idem etiam Arist. auth. stabilitur qui. 2. lib. cap. 3. proponens id, quod scrutari intendit, de definitione inquit quomodo monstretur ipsum quod, quid est, an ipsius sit demonstratio, vel syllogismus, & quis sit modus introductionis, quæ ad instrumentum attinet, subiungemus: & infra, quæstionem soluens ait, non demonstratione, non diuisione, vel compositione, sed definitione scitur quare, quid, nõ nisi definitione ostenditur, vt ibi Philosophus asseuerat: definitio igitur, vt quid scire facit in secũda consideratur parte, quatenus instrumentũ sit à demonstratione secretum: atque idem cap. secundo quæstiones has omnes absoluit inquiens, non omnis cuius est demonstratio, definitio est, & econtra: si ergo definitio quatenus medium & demonstrationis principium est, & non quatenus instrumentum à demonstratione distinctum est, consideretur cuius est demonstratio eiusdem esset definitio, & econuerse: quare non vt medium est demonstrationis, sed vt instrumentum est ab ea distinctum contemplatur Philosophus: Idem etiam cap. 3. manifestare aggreditur, an videlicet ipsum quid, definitionis quæsitum possit demõstratione patefieri, & soluẽs ait quod non; quoniá id quod est in principio peteretur & in progressu quod neque diuisione, nec syllogismo ex contrariis nec vlla alia via, fieri posset quandoquidem petitio esset principii: postremo ostendit Philosophus quid ipsum definitione sciri, quatenus à demonstratione distinguitur, & non vt eius est medium, & principium scire facit: idem etiam patet, nam cap. 2. 3. 4. 5. & 6. totam inquisitionem de instrumento esse testatur, quo ipsum quid ostendatur, & non de medio demonstrationis; cum ipsum quid scire non faciat, sed quod est, aut hoc esse hoc, aut non esse: quemadmodum Arist. cap. 2. ostendit: de medio igitur demonstrationis sermo ibi non habetur cap. etiam. 17. in compendium redigens Philosophus, quæcunque de ipso quæsito quid, in medium attulerat,

Primo, & 4. 146.

rat,

rat, quo nam modo ipsum quid est per deffinitionem assignetur, diximus ait, prius: At manifestare ipsum quid est, per diffinitiones, quid quæso aliud est, quàm ipsum explicare? non quidem vt medium, aut demonstrationis principium est nam diffinitio vt medium est demonstrationis hoc esse hoc, aut accidens ipsum ostendit vt autem instrumentum demonstrationis diuersum quod quid est manifestat: Iccirco diffinitio quatenus instrumentum est à demonstratione seiunctum, & non vt eius medium in secundo consideratur, Ad huc eodem itidem cap. suam iactans intentionem Aristotiles ait se velle modum subiungere, quo partes definitionem ingredientes, quæ sunt prædica inquit, vtpote genus, & differentia: quatenus autem, hæc rei substantiam atq; quod quid est declarant: Verum partes considerare, prædicataq; diffinitiua, quatenus quid denunciant, & explicabant, est ne aliud, quàm in eorum sermonem incidere non vt partes definitionis vt medium, sed vt instrumentum? ipsa etenim definitio hoc modo sumpta scire quidem facit quid: Vlterius vnum analogum est scibile, quare de eo vna est ars: at instrumentum sciendi Analogice de ipsa dicitur demonstratione, ac definitione sicut infra dicetur; eadem igitur facultas de demonstratione, & definitione tractabit: assumptum probatur, ita enim se habet vera scientia, qualiter res apud naturam, sed quarto methaphy. ens, & res de substantia, & accidente dicitur Analogice: ac vna ars, & vna scientia de ente communi vtriq; est: instrumentum autem sciendi cum secundum prius, & posterius de demonstratione ac ipsa dicatur definitione, de eo igitur vna ars, & vna scientia in plures partes diuisa. Amplius Auerroes secundo physico. ait quandocunque aliqua sunt, quæ in natura Analoga conueniunt: de priori natura facultas speculatur deinceps de singulis, quæ in natura ambigua conueniunt, vt in instrumento sciendi eadem igitur facultas, & vna est, quæ prius naturam ambiguam, vt instrumentum sciendi considerat, mox hæc eadem de his, quæ in hac conueniunt natura: Proinde Ars Analytica de instrumento sciendi, vt de demonstratione, & diffinitione ratiocinatur. Postremo eadem est scientia, & ars, quæ conuenientiam, atq; discrimen aliquorum speculatur: si verum est quod Philosophus secundo de Anima testatum reliquit: cum itaq; demonstratio & definitio in quàm plurimis conueniant, differantq; inter se inuicem, ars igitur quæ proprietatem illarum, considerat, necesse est, vt de descrimen eorundem etiam aliquid differat nam per propria, quæ rei insunt, vt quæ substantiam declarant res vna quæq;, differt: Sed cum inquisitio hæc proprietatem demonstrationis venetur, discrimen itidem inter ipsam & diffinitionem speculari par erit, ergo diffinitionem, ergo diffinitio in arte Analytica consideratur, vt à demonstratione distinguitur: nam conuenientia, & differentia relationes sunt, quæ vtiq; absq; extremis cognosci nequeunt: quin vt extremum exacte perspiciatur, oportet ipsa ad quæ extremum refertur: vt cognoscantur: inquit enim Philosophus in prædicamentis cap. de relatione pefectè relationem capi non posse, nisi id cuius dicitur comprehendatur: vnde si hæc ars conuenientia duorum instrumentorum considerat puta, demonstrationis, & definitionis vtiq; etiam & differentia cognoscet, ergo demonstrationem, & definitionem: Id etiam Auerrois testimonio perlustrari quidem potest, qui paulo

Secundo.

146.

Primo. post:secundam partem cum prima coniungens ait, cum Aristotiles in prima tractauerit de demõstrationibus quatenus q n esita notificant, de definitionibus tractat in secunda, vt sua etiam quæsita declarant & secundo poste. cum primo secundũ adiungit inquit, definitionẽ cõsiderari vt instrumẽtũ est alterũ abipsa demõstratione, puta, vt ipsum quid manifestat: diffinitionem igitur vt instrumentũ non
47. autem vt medium considerat Philosophus in secundo. Atq; etiam. 7. meth. discrimẽ Logici, & Philosophi proponens, logicum in Analy. diffinitionem vt instrumentũ considerare fatetur vt autem pars est entis de ea primus speculatur Philosophus: quod itidem infra Auerr. aduersus Alpharab. innuit: Idem etiam Alexan. sentire Eustr. refert: Suessanus rursus hoc Theoph. asscribit, quod vnde nam decerpserit ignoro Themi. plane idem fatetur, veluti euedentissimus est in sua paraphrasi super poster. compertum igitur habeamus ex his, de diffinitione, quatenus ipsum quid absoluit, in secundo post. egisse Philosophum. Nonnulli inter Latinos.

Positio. has extremas sententias in concordiam redigi posse facile autumant: aiuntq; definitionem vtroq; modo, & vt medium, demonstrationisq; principium, & vt instrumentum quid notificans in secunda parte considerari: fundamentum vero eorum
46. est: quandoquidem secundo post. innuit trifariam posse diffinitionem accipi Philosophus, vt quæ principium est demonstrationis: quæ eiusdem conclusio, quæ q; de
47. mum ab ipsa solo situ differt: iam igitur de ea, quæ conclusio est in secundo tractatur, quam Auer. testatur esse ex materia & forma conflatam: quæ itidem demonstrationis principium est eodem in lib. consideratur, quæ nõ demonstratur atq; hanc ex fine, & agente constare passim fatetur Auer. quare de definitione, quæ medium est in secundo peragitur: de medio igitur ibi speculatio est: eodem etiam lib. cap. 17. de Inuẽtione definitionis, quæ medium in demonstratione est: per compositionem, & diuisionem venari docet: Verum hi plurimum ab Aristo. dogmate de-

Arguitur positio. stituuntur: non enim de definitione vt medium est, in secundo agitur libello: sed vt
4. eorum error longius perspiciatur, & veritas magis elucescat accipiemus quæ. 6. meth. Auer. testatur: q; videlicet modus considerandi, modus est definiendi: quare si huic dignitati altera annectatur: quæ primo huius patet quisq; quod non recta sit opinio iudicabit: videbitq; medii demonstrationis definitionem esse, vt causa sit prima, notior q; conclusione demonstrata: quare si in vniuerso illo secundo nihil sub hac ratione de diffinitione consideretur, nec vtiq; de diffinitione vt medium ibi tractatur: assumptum declaro: primo Topicorũ, finis definitionis vt instru-

Cap. 4. mentum, est notificare quod quid erat esse, & hoc eius est definitio quare ratio
8. etiam est considerandi: ratio autem medii tertio methaphy. est propter quid enucleare & non quid: Ideo Philosophus secundo huius palam facit medium sub ratione medii quid non manifestare. Decipiuntur rursus eo in loco de inuentione definitionis aggredi Philosophum loqui, asserentes, de ea enim non vt medium, sed quatenus instrumentum est differit: atq; hoc sic deducimus: sub qua ratione proponitur sub ea etiam consideratur, proponitur autem à Philosopho de inuentione partium quatenus quid notificant, quæ ratio est definitionis, vt instrumentum est, & non vt medium: ibi igitur vt instrumentum, & neutiquam vt medium consideratur: huius nobis signo est epilogus factus cap. nono: tum etiam cap. decimoseptimo vbi ponit quonam modo ipsum quid inquiratur: quare tota inquisitio est de instrumento, quo ipsum quid venamur. Præterea ibi Philosophus docet inuenire definitionis genus, dum

de diffinitionis inuentione loquitur, quæ quidem principium est ad venandum ipsum quid. ergo vt instrumentum: inditium nobis esse potest: quoniam ait, vt dictum antea est, si non seruentur regulæ, non habetur ipsum quid: Ad huc si in primo tractatu definitio, vt principium & , medium, eiusq; conditiones, vt medium est, consideretur, sicut superius ostendimus, frustra ergo de ea in secundo etiam sermonem aggrederetur, Amplius si vnitas scientiæ ab vnitate subiecti, & modi considerandi habeatur, sicut liquido constat ex huius primo: cum hæc, duo statuant subiecta, non igitur secunda pars vnus est liber, neq; eis opitulatur, dicentibus in secundo de diffinitione Agi ex accidenti: quoniam à primis non different: & satis etiam antea monstratum, quod hoc fieri nequeat: si autem per se vt instrumentum est, agatur, à nobis non dissentiunt: à se tamen ipsis discre-

Opinio propria.

parent, cum vtranq; opinionem veram esse credidderint. Quare cum harum neutra ad veritatem accedat, quid nos ipsi sentiamus operæpretium esse duxerim si in medium afferam: exordiemur itaq; à subiecti distributione solet itaq; scien-

33\. Quid subiectum totius, quotq; sint eius, conditiones.

tiæ subiectum in binas diuidi partes quemadmodum Auerroes sensit secundo huius, alterum enim totale, siue adæquatum: Partis alterum dicitur: Atq; totale illud est quod toti arti commune accomodatur: nam circa illud, veluti circa totum scientia versatur. Vniuersa siquidem scientia quatuor considerat: aut enim subiectum speculatur vt cũ eius naturã, & substantiam manifestat, quod fit, quan-

76\. De subiecto non semper præcognoscitur si est, & quid est.

do diffinitione explicatur principia subiecti, species, & accidentia propria: quæ de subiecto per eius principia demonstrantur sicut primo posteri. habetur, Verum quid de subiecto non semper præcognoscitur Interdum enim q; sit, & quid despicitur, puta, cum clarum & manifestum fuerit: quod rectè admonuit

76\. Scientia neq; si est neque quid subiecti monstrat. Primo.

Philosophus primo huius. Præcognoscitur autem quid, cum non est manifestum: & scientia tũc ipsum quid accipit, vt à suprema scientia explicatum: nam sicuti scientia esse subiecti monstrare non potest, ita nec quid, & vti à principe omnium scientiarum esse subiecti accepit, ita quid, vt Philosophus. 6. meth. admonuit est enim eiusdem artificis si est & quid est monstrare. Proinde suadet quòd scientia nulla specialis de genere subiecti esse, & quid monstrat: sed primæ philo-

Auer. arguitur.

sophiæ hoc est munus. Ex his eorum error apparet, qui testantur vnam con-

8\. ditionum, quæ necessario: adæquato subiecto conuenit, esse, vt quid eius præcognoscatur: cuius sententiæ uisus est esse Auerrois: secundo Phisicorum: vbi ait, proinde corpus naturale in his lib. non esse subiectum, sed principia, & natura, quoniam hæc definiuntur, non autem corpus: patet ergo q; quid subie-

76\. cti non semper præcognoscatur: cum interdum despiciatur, vt ipsemet Auer. primo huius fatetur: nec interim quod primo huius à Philosopho dicitur, nobis quic

2\. quam obstat, cum asserere videatur de subiecto, præcognosci quid, & quia qui enim hoc fatentur illius contextus intentionem prorsus ignorant: ibi enim Aristotiles sicuti Auerroes author est in altera expositione: intendit explicare quo nam modo præcognoscenda sint tria illa, ex quibus demonstratio conficitur, & inquit duplici hoc fieri modo, licet tertia adiungatur præcognitio, quæ non simplex est: sed composita: Interdum enim principia subiectum, & quæsita quo ad quia præcognoscuntur, hoc autem tunc temporis, quando eorum esse non claret: quare præcognoscuntur: quia, tamen à scientia non monstratur, sed accipitur: nam si quid, & quia præcognitiones in scientia demonstrentur, non essent vtiq; præcognita: quandoq; etiam contingit

hæc quo ad quid, & non quo ad quia præcognosci: tunc videlicet quando quia liquidum est & tunc despicitur; quid autem cum non sit manifestum præcognoscitur, atq; accipitur: Sæpe autem vtroq; modo præcognoscuntur, puta, quid est,
76. & si est: cum sua natura non sint dilucida: hæc vero interpretatio philosophi est infra vbi hæc tria eo, quo explicauimus modo se habere, manifeste testatur: quare ne à se met ipso videatur Aristo. dissentire, opus est, sicut nos diximus se res habeat. Ex eodem itidem sermone claret, non esse scilicet opus præcognosci in scientia subiecti esse, cum interdum ob sui claritatem despiciatur: ob id eam consequutionem admittendam minime censemus, puta, id esse scientiæ subiectum de quo esse, & quid est præcognoscitur: Vnde fit, vt tria sint, quæ subiecto totali conueniunt, sine quibus esse non potest, & si qua illarum deficiat, totius subiectum ap-
73. 33. pellari non debet illud, puta, vt principia, species, & accidentia per se in ea speculetur scientia quo circa optime Philosophus primo & secundo huius inquit sciẽtiam omnem demonstratiuam tria inuestigare, passiones, principia, & species: quare cum quicquid de scientia consideratur, aliquid subiecti totius sit (nam interdum, ipsum, aut aliquid ipsius perscrutamur) iure illud est subiectum, circa quod, tanquam circa totum tota versatur ars: Verum enimuero cum principia habere subiectum dicimus non tantũ cognitionis principia intelligimus, verum & esse Si enim subiectum: vt Philosophus ait principia habeat, per quæ propria accidẽtia de eo demonstrantur, inquiremus vtiq; nos num ne huiusmodi principia cognitionis tantum sint, an cognitionis & esse: primum fateri stultum esset, cum hæc non ipsius subiecti sint, ergo ex accidẽtibus, quæ principia cognitionis sunt accidentia de subiecto demonstraremus: ex quibus nullum demonstrationis genus cõstitui potest: cũ in premissis nulla, prædicatio per se, & prima esse queat: at sine his
36. 41 & 54. quæ nam obsecro demonstratio conficietur? nulla quidem, vt recte sensit Ari. primo huius & . 6 . meth . vbi fatetur omnes scientias conuenire, quandoquidem omnes principia esse habeant. Partis autem subiectum, species est subiecti totius, quod quidem species habeat necesse est: species autem ipsius, quæ in partibus scientiæ considerantur, partis subiecta vocantur, verum quoniam species semper ita sunt natura cõstitutæ, vt altera potior altera sit, eaq; potior, præstãtiorq; subiecti nomine principalis appellari consueuit: proinde duæ eius extant conditiones, altera, vt ipsa potior inter species sit, altera vero, vt primo inter species intendatur, adeo, vt cæterarum cognitio ad hanc referatur, ex quibus late patet eorũ error, qui vniuersa in scientia consideranda, ad speciei potioris cognitionem ordinari arbitrati sunt: id enim, quod primo intenditur, & propter quod cætera speculamur, in scientia subiectum est totius: eius siquidem exactam inquirimus cognitionem consequi quæ absq; principiis, speciebus affectionibus haberi nunquam poterit: quare species prima est subiectum principale, primoq; intentum in scientia, non quidem simpliciter, sed inter species: In subiecto autem duo veniunt spectanda, vt pote, res subiecta considerationi, quæ materiale, vt sic dixerim, subiectum à Latinis dicitur: atq; id est, cuius principia & species speculamur, & de quo passiones demonstrãtur: & modus considerandi, qui quidẽ modus ille est, sub quo, res cuius tria illa inquirimus, intelligitur, & ob quem scientia, ab altera scientia discrimen nanciscitur: solent enim scientiæ diuersæ in subiecta re conuenire, cum tamen in modo considerandi pœnitus differant, & quod maius est, nunquam conueniant: quòd si diuersæ scientiæ sunt, quatenus considerandi modus illas distinguit

Subiectũ nõ tantum principia cognitionis habet, uerũ & esse.

Quid subiectum partis, & quot eius conditiones.

Duo in subiecto sunt.

per se

per se,subiecta tamen res ex accedenti quod lepide olfecit Auer. primo huius,&
59 179 18. Philosophus,quanuis non ita dilucide,secundo phys.cum discrepantiam inter mathematicũ & Philosophũ exhibet naturalẽ,qui cum Artifices sint diuersi,in re tñ considerata probe concordant:Cum ea duo in subiecto spectẽtur modi considerandi non sunt tres illæ conditiones,sed rei considerate:quandoquidem tribus omnibus considerandi modus pœnitus non opponitur, quin idem est,quod ostendemus:rei igitur consideratæ species,causæ,atq; affitiones sub vno considerandi
Qũo cõside randi modus sit unus. 179. modo in scientia contemplantur Artifices:modus autem considerandi vnus est, aut vniuoce aut secũdũ analogiã,sicuti primo huius opinatus est Aue.quoniam ars prædicata tantum contemplatur,quæ per se,& secũdum quod ipsum sunt:quæ igitur secundum prius, & posterius, atq; vniuoce dicuntur,hæc prædicata optinent,
7. cum sola æquiuoca ab arte excludantur, cuius rei testis est Philosophus. 4. meth.
Dubium. Icc irco vtroq; modo artis subiectum potest vnum esse: Verum locus iste dubitatione non vacat:nam si,analogum nõ dicit naturam,sed nomen tantum est: vt ex
9. septima disput.destruct.ad vltimum colligitur,&. 4.meth ab Auer. qui nam fiet, vt subiectum artis sit,cum id subiectum sit de quo affitiones monstrantur, passio-
Solutio quorundam. nes autem non de nomine sed de re ostenduntur: Huius argumenti occasione:lapsi sunt quidam in sententiam quandam,vt fateantur de analogo affectiones non monstrẽtur,verum de partibus, atq; eius speciebus: hæc tamen falsa imaginatio ruere quidem facile poterit:nam ideo subiectum dicitur,quoniam artis affectionibus subiicitur,deq; eo monstrantur,non est igitur subiectum id, quod constitui-
8. tur,cum de eo passiones nõ ostendantur.Præterea Aue.3.phys.cum de nomine ambiguo sermo habetur,inquit, prius de eo loqui debemus,mox de eius speciebus: proinde ambigui nominis consideratio alia est.Ab ea eius partium: quod ex Ari. progressu confirmat Auer.prius de motu,deinde de suis speciebus loquendum esse:tantumdem de natura,& loco fecit:idem.4.meth.nam prius de ente,mox de de-
Solutio propria. cem prædicamentis,quæ ipsius statuit species,aggressus est disputare. Quare alio longe,diuersoq; modo soluemus nos secundum Aris.dogma,fatemurq; ambiguum nomen esse,quod re nil est aliud nisi species,de quibus ordine,& nexu essentiali dicitur:puta secundum prius,& posterius: verum quoniam proprietates sunt, quæ nominis ambigui speciebus competunt,vni quidem prius, alteri posterius:primo sane ob primam speciem,ideo dum de his proprietatibus agitur,de nomine itidẽ ambiguo tractatur:est enim ipsum species secundum prius & posterius ordinatæ: huic autem contemplationi sermo de speciebus succedit,quo ad ea, quæ eis tantum conueniunt, nec non explicantur qualiter proprietates illæ, quæ ambabus competunt partibus,non eodem conueniant modo:atq; hæc illa est ratio secũdum materiam,aut agentem,vel finem,cur alteri parti conueniant veluti ens cum primo substantiæ competat,causa est,tanquam materia,cur ens accidenti competat;
7. Sciendi instrumentum duplex. vti.4.dicitur meth.ab Auerroe.Quæ cum de subiecto explicata sint,erit his illud annectendum,q; videlicet sciendi instrumentum duplex sit: quod accurate nota-
3. uit Auer.primo de Anima,& initiis Epithomatum Logices: vt pote, definitio, qua rei scitur propria substantia,& demonstratio,qua propria accidentia demonstrantur:Huius vero distinctionis causa est,quam Auer.assignauit secundo huius,
94. 61. quoniam scientia vera imitatur esse naturæ: apud naturam autem, duo sunt rei substantia,& accidentia ex primo phys. substantiæ rei duplex, materia, & forma: sed materia septimo meth.causa est per accidens rei,atq; ex accidenti substantiam

ingreditur,ideo à rei scientia excluditur: sola igitur forma remanet scienda de rei substantia:quæ quidem causa est per se:hæc vero definitione scitur, quod se
40 43. ptimo meth.notum est:accidentia autem communia,vt primo huius, & 6, meth.
52 6. excluduntur à demonstratione & arte: accidentia vero propria,quæ per se sciri possunt,altero instrumento,puta,demonstratione ipsa sciuntur;quare res quæ scitu aptæ sunt,duæ apud naturam existunt:propria rei forma,ac propria eiusdem affectio iccirco duo sciendi instrumenta tantum sunt,definitio videlicet quà forma,& demonstratio,quæ accidens proprium inuestigatur:hæc enim sciri à nobis expetuntur,aliquò igitur instrumento nobis est opus:& cum quæ sciri possunt diuersa sint,diuersa ideo sunt instrumenta fines enim diuersos, non nisi ob media diuersa consequi possumus:quare rei substantia atque accidens proprium instrumentis diuersis,nempe demonstratione,& definitione sciuntur:Instrumentum igitur sciendi iure bifariam consideratur:id autem sciendi instrumentum cōmune quid est,demonstrationi & definitioni:diciturque de eis non vniuoce.i. vna natura communi,non æquiuoce,hoc est,pluribus naturis sine nexu essentiali,sed vt nomē vnius ab vno,vel ad vnum,est enim nomen significās plures naturas ordinatas nexu essentiali,ad vnā quæ potior est: Verum quoniam analogum scibile est de eo vna est ars,quapropter sciendi instrumentum nomen est ambiguum,quare & analogum erit scibile,deque eo erit vna ars,atque scientia, vt Ars Analytica,& vt clarior sit doctrina hæc,vtriusque pars monstrabitur:Ita se habet vera scientia, sicut res apud naturam: Sed quarto meth.ens de substantia,& accidenti Analogice dicitur,ac vna ars vna scientia de ente communi vtrique:,instrumentum Sciendi igitur definitioni & demonstrationi nomen ambiguum est: quo circa de eo vna erit facultas,vt analytica ars in duas partes diuisa,nempe,in primam, vbi de demonstratione agitur,& in secundam,quo loco de diffinitione disputatur:& ne figmentum hoc videatur Auer.testimonium confirmat cum paulo post tum & secundo huius:& quanuis de instrumento sciendi facultas hæc consideret,nō tamen quatenus entis species est aut affectio,de hoc enim apud Diuinam philosophiam perquire Theoriam:vt infra Auer.exponet:contemplatur siquidem vt instrumentum sciendi,& vt rei substantiam, atque accidens proprium scire facit: His ita iactis principiis & suppositis,difficile non erit subiectum totius & partis ordinatim constituere: Totius itaque subiectum instrumentum est sciendi vt instrumentum sciendi est,quatenus sciendi instrumentum est:dicitur vt instrumentum sciendi quoniā non vt pars entis,sed vt scientiam parit contemplamur:hic est enim considerandi modus:assumptum vel inde planum fiet,quandoquidem antea diximus id totius subiectum nuncupari,cuius principia species,& affectiones in scientia quæruntur:cum igitur ipsius sciendi instrumenti tria hæc considerentur,non immerito subiectum statuitur totius:secunda propositio ex Auerroe clara euadet,& ex inferius exponendis,& ex secunda huius parte:cum enim in prima asserret Philosophum de demonstratione egisse,eiusque speciebus,principiis,& affectionibus, atque attributis,in secunda itidem de definitione eius speciebus,principiis ac attributis,deque instrumēto etiā sciendi:nam cum plures sint proprietates,quæ demonstrationi,& definitioni conueniunt,diffinitioni quidem prius,& ob eam demonstrationi causa enim demonstrationis definitio est, & cum sint prædicata causæ & causato concordia, tunc prius causæ, deinde effectui, & huic profecto non
4 3. nisi ob eam,vt secūdo meth.& septimo eiusdem:vnde cum vtrique instrumēo cōueniat

Sciendi instrumentum analogū demonstrationi, & definitioni.

Secundo.

primo.

Primo.

niat, vt scientiam in nobis ex præcognitis quibusdam aggeneret: quemadmodum Philosophus primo huius statim in initiis testatur: ea igitur parte de sciendi instrumento sermo habetur Vlterius age, habere prædicata de omni & p se, secundúq; quod ipsum, competit quidem demõstrationi, tum etiã definitioni: demonstrationi tamen ipsam ob definitionem eius principium & causam, cui primo congruunt: cum de huiusmodi proprietatibus habetur sermo, de instrumento sciendi vtriq; communi differitur: anterius enim ostendimus, q̃ tunc de analogo loquimur, quando proprietates, & prædicata contemplamur quæ ambabus competunt partibus: nam hoc nil est aliud, quàm ipsæ partes secundum prius & posterius: & licet proprietates, & prædicata in quibus demonstratio, & definitio conueniunt demonstrationi ob diffinitionem: habetur tamen de demonstratione sermo: quandoquidem instrumentum est magis manifestum, vt postea dicemus: ex his illud, quod paulo post testatur Auer. fiet perspicuum, cum dicat quamplures esse conditiones materiali diffinitionis parti conuenientes, dum verba facit Philosophus de demonstratione, eius proprietates declarans, de definitione quoq; differit, quoniam eædem secundum analogiam sunt: Verum hic Auerrois verba phys. secundo

Dubium tertium. Auer. à seipso dissentit.

dubium pariunt: verba quidem ea sunt: q̃ si de ambiguo habeatur sermo prius de eo, mox de speciebus ipsius. Hic opus est vt à se ipso dissentiat Auer. cum sub ea propositione non fatetur diffinitiuam cognitionem ingredi: omnis doctrina, omnisq; disciplina &c. nam si tantum demonstratiua doctrina illam enuntiationem subingrederetur, prius vtiq; de analogo nomine non haberetur sermo, sed de specie eius, puta, de demõstratione: Proinde fatemur nos sub ea enũtiatione diffinitiuam comprehendi cognitionem, quemadmodum in literæ explanatione largius dicemus, quare ibi prius de instrumẽto sciendi, nomine ambiguo, demõstrationi, & definitioni communi mentio fit, quoniam vtriq; instrumẽto commune est

48. sciẽdi, vt sciẽtiam ex præcognitis pariat: quemadmodum Ari. primo meth. & 6.

Cap. 4. Topicorum ipseq; etiam Auer. Epithomatibus Logicis cap. de Rhetorica demonstratiua, fatentur. Idem etiam ex aliis ostendi potest, puta, sciendi instrumentum totius esse subiectum: si enim prius ostensum fuerit, vnius analogi vnicam esse artem, ac vnius etiam scientiæ, & artis vnicum esse subiectum, cum analogũ sit sciendi instrumentum, demonstratio, & definitio non vnum, sed species diuersæ sint, vna

3 179. igitur ars est de instrumento sciendi. Postremo ars generis species considerans, genus earum contempletur oportet ex quarto meth. & primo post. cum igitur hæc inquisitio demonstrationem, definitionemq; instrumenti sciendi species speculetur, erit vtiq; sciendi instrumentum genus commune vtriq; subiectum, quare totius instrumentũ sciendi est: Idem est enim modus cõsiderãdi subiecti pricipiorũ

179. specierum, atq; affectionum: sicut claret constat ex primo huius: Iccirco cum considerãdi modus Logici sit, & omne à Logico cõsideratum organicum & instrumẽtarium est, vt antea ostendimus ergo sciendi instrumentum non nisi, vt organum

Partis subiectum quid.

& instrumentum considerari potest: erit igitur totius subiectum. Partis autem subiectum quid sit difficile non est scitu quandoquidem superius ostendimus id partis subiectum dici, quod species adæquati subiecti est, quæ in parte scientiæ consideratur: cum itaq; sciendi instrumenti duæ sint partes, speciesq; puta, demõstratio, & definitio, cumq; demonstratio prima in parte, definitio vero in secunda

Prima dubitatio.

speculatione habeat, partis merito subiecta erunt demonstratio, ac definitio: Sed antequam vlterius progredior tres hic discutiendæ mihi occurrunt dubitationes:

ponere oportet. Si igitur supponitur, alibi igitur ostendi oportet: proinde subiectum aliqua demonstrationis manerie declarante, esse demonstrari non potest:

Secunda rõ. Præterea cum in vno quoque genere quoppiam detur, vt. 10. primæ philosophiæ patet: quod metrum & mensura eorum omnium, quæ sub genere sunt, existat, cum men-

10. sura, vt ibidem claret, nobis notissima sit, dabitur vtique in scientia metrum, quod notissimum nobis eorum sit, quæ in scientia considerantur: hoc aut principia aut proprietates, aut genus est subiecti, cum circa hæc tria quæcunque versetur scientia, non principia, quoniam hæc quæ dubia esse in scientia sæpe sæpius sunt, non passiones, cum ipsæ quoque, dubiæ sint, quæ de subiecto genere demonstrantur: erit igitur metrum notissimum in scientia subiectum, id igitur demonstrari nequit: rursus si ex accidentibus esse subiecti demõstraretur, oporteret accidentia nobis esse nota, at accidentis esse, est vt alteri insit, quod secundo patet posterio. nam quærere, an defectus sit in luna, quærere est an sit nec ne? opus est igitur vt sit manifestum cui accidentia insunt: hoc autem subiectum est, notum igitur id est: Idem etiam confirmatur, cum non eadem sint nobis primo & naturę nota, nisi forte in mathematicis, principia igitur & subiecti causæ cum naturæ primo nota sint, eadem primo nobis esse nota non possunt: aliunde igitur causarum notitiam nanciscimur, cum id ipsum ex priori causa fieri nequeat, ne in infinitum abeatur: ergo ex accidentibus plana fient: at accidentia nota, subiecto, cui insunt non noto, esse nequeunt: sicut antea docuimus; neque igitur ex principiis, nec ex accidentibus subiectum esse ostendi

Primo. poterit: Sunt etiam & Aristotelis testimonia, & primo in sexto methaphysi. vbi ostendit ex differentia primę philosophiæ à specialibus scientiis nullam scientiam præter methaphysicam posse demonstrare sui subiecti esse: similiter autem nec si est, aut non est genus, circa quod versantur, quicquam dicunt; pro-

76. pter eiusdem rationis esse ipsum quod quid est manifestum facere, & si est: primo etiam posterio. dicit duplicem esse subiecti distributionem, alterum enim ex se constat, quia sensibus, quòd sit se submittit, alterum quod esse in scientia

Secũda opinio. supponere oportet: Sunt rursus Auerrois. Alexandri, Simpli. & Themist. testimonia & omnium ferè, qui pari consensu cum his esse subiecti in scientia demonstrari non posse asseuerant. Est & secunda opinio quæ quidem Auerroi ascribitur, & ab omnibus defenditur, quæ asserit nullo demonstrationis genere si est subiecti in scientia demonstrari posse: nam cũ triplex sit demonstrationis maneries, signi, causę tantum, & causæ & esse simul, nulla harum manerie demõri potest: cuius causam esse aiunt, quoniã hoc sua formalis exposcit ratio, nil enim est aliud su-

Vltimo. 22. biectum, quàm id quod in scientia conceditur, quod ex Auer. ostendunt, primo &

86. 2. 76. 33. secundo phys. primo & secundo post. quibus in locis ostendit subiectum, demonstrari non posse: Verum hæc etiam opinio rationi tum Aris. tum Auer. cui innititur aduersatur: vnde in duobus errat: primo quoniam id primo pro causa tradit quod rei causa non est: non enim ob id in scientia subiectum demonstrari nequit, quia hoc sua formalis exposcat ratio: verum quoniam probare aliquod esse primi philosophi munus est: Sicuti per Aristo. patet sexto methaphy. primo: simul modo inquit, neque si sit an non sit genus, id, circa quod versãtur, dicere quicquam videntur, propter quód eiusdem est mentis si est & quid est declarare: Quare id in causa non est, quod subiectum non demonstretur, quia est, subiectum

sed quoniam esse rei primus Philosophus demonstrat: quod Auerr. ibi planum reliquit, & ideo nulla scientia potest demonstrare aliquam speciem illius generis de quo considerat nunquid sit an non, eiusdem enim est scientiæ considerare
33. si est, & quid sit: quod etiam clarius secundo posterio. ostendit: & si subiectum artis est per se notum inquit, non recipit illud esse ab alia arte si autem non fuerit per se notum, ipsum esse capit, ab alia arte receptum quod etiam primo huius
76. ostendit: Secundum in quo decipitur opinio, est, quoniam asserit nullo demonstrationis genere subiectum posse in scientia demonstrari: nam & si id verum sit de demonstratione simplici, atq; signi, secus tamen dicendum de ea, quam causæ tantum demonstrationem appellant, hac enim demonstratione subiectum scientiæ in qua est, demonstrari potest: & quoniam noua videmur Paradoxa proponere, non nulla, quæ passim ab omnibus conceduntur accipiemus, vt res perspicua magis fiat: primum cum triplex sit demonstrationis genus, vti ex Auerroe satis constat, inter cæteras ab Auerroe conditiones demon-
9. strationi simplici ascriptas, duæ præcipuæ ponuntur primo posterio. vt videlicet demonstratio hæc quæsiti existentiam explicet, pariterq; illius existentiæ propter quid declaret: hac enim demonstrationis manerie vtrunq; quæsitum absoluitur, & si est, & propter quid est: demonstrationi autem, quæ propter quid dicitur, ea ascribitur conditio, vt ipsa propter quid quæsiti tantum ostendat: siquidem de quæsito existentia clara est: latet autem causa existentiæ, quod manifestat hæc demonstrationis species. In demonstratione vero signi, vt quæ ex accidentibus profluit: quæsiti existentia dumtaxat latet, & ex nobis notis signi demonstratio eam aperit, ac manifestam facit: Secundum nobis supponitur, quod aliud sit quærere an sit aliquid, & in rerum natura reperiatur, & aliud eiusdem existentiæ causam quærere: ex his res dilucida euadit subiectum videlicet in scientia demonstratione causæ tantum ostendi posse: eo enim genere demonstrationis subiectum quod sit, non potest demonstrari, quod subiecti absolutam existentiam ostendit: quo fit, vt ea demonstratione quæ existentiam supponit, & illius causam quærit, potest esse subiecti demonstrare: Sed solæ demonstratio simpliciter, & signi existentiam rei simplicem declarant, & non demonstratio causæ tantum, demonstratione igitur simpliciter & signi, & non propter quid demonstratione, subiecti esse in arte ostendi non potest: & ne hæc nostra videantur figmenta, ostendemus ab Aristotile & Auer-
Primo. roe antea fuisse, explicata: Philosophus primo phys. pollicetur causam, & propropter quid rerum naturalium explicare, res autem naturales sunt subiectum er-
65. go pollicetur propter quid subiecti demonstrare: & ibidem cum ex transmutatione tria rerum naturalium principia comperisset, regreditur deinde, & rerum naturalium q; sint causam ostendit, hunc in modũ: si igitur materia & forma sunt, hęc
26 est causa quare res naturales sunt: quod his ostendit verbis: manifestum igitur quod si quidem sunt causæ, & principia, eorum quæ natura sunt ex quibus primis sunt, ea facta sunt non secundum accidens: Auerroes etiam secundo physi. dicit
Opinio propria. subiectum in scientia, signi, & simplici demonstratione, non ostendi. ex quibus elicitur quod demõstratione causæ tantum subiectũ in scientia posse demonstrari: Vera itaq; opinio est subiectum nec signi, nec simplici demõne, esse ostendi posse,
76. licet demonstratione propter quid: cuius causa vt clara fiat, distributio subiecti.

accipienda

accipienda est, quam Aristotelis præbuit primo posteriorum scientiarum subiecta in duplici esse manerie: alia nanq; sui natura sunt dilucida, quæ à scientiis despiciuntur: hæc enim quoniam manifesta sunt nulla scientia commonstrat, nec particularis, nec minus vniuersalis, quandoquidem ad manifesta demonstratio non eliciatur: alia sunt subiecta quæ sui non sunt natura manifesta, verum latent: hæc scientia signi & simplici demonstratione ostendere nequit, sed supponit: cuius ratio est, quoniam esse rei non nisi a primo potest Philosopho demonstrari: vti antea ex Aristotile diximus. Verum si ea de causa in scientia, si est subiecti, demonstrari nequit, quoniam si est primi est philosophi manus ostendere: ergo nec esse principiorum ob eandem causam in scientia ostendi possit nec itidem specierum esse, quod verum non videtur: Dubium hoc aliam tangit quæstionem, Nunquid videlicet principia & subiecti species in scientia demonstrari possint: res sane non aspernanda, & magni est momenti: quam nos breuibus absoluemus varias prius interpretum sententias referentes: & vt à principiis exordiamur, principia in duplici sunt serie, quædam cognitionis, vti suppositiones, & indemonstrabiles propositiones in scientia, alia subiecti principia vocitantur: prima principia vno omnes ore fatentur non posse in scientia demonstrari, quod satis ex Aristotile liquet primo huius: & ex simpli. primo de physico auditu: nam si demonstrentur aut ex prioribus id fiet, vel ex posterioribus, non secundum: quoniam hæc petere necesse erit, eo quoniam tolluntur principia ex quibus ipsa poterunt demonstrari, veluti se habent apud Geometras quæ dicuntur petitiones: Si autem à prioribus, aut hæc cognitionis principia, sunt etiam rei principia, aut cognitionis tantum, & non rei: si rei & cognitionis principia, tunc demonstratio erit in arte superiori: alioquin hæc in arte rei & cognitionis principia non essent, sed principiata: Rursus aut ex notis, vel ignotis erit demonstratio, non secundum quoniam omnis doctrina ex præcognitis fit: neq; ex notis, quoniam principiis cognitionis, eis per quæ ipsa demonstramus, principia notiora esse non possunt: Quare opus est petere, si cognitionis tantum, & non rei fuerint principia, patet, quoniam non nisi ex ignotis declaratio fiet, sed vt res de qua præsens est sermo, dilucidior euadat dicamus, principia hæc vocata cognitionis: eorum alia ex se manifesta sunt, quæ nota in eisdem scientiis per se sunt quarum sunt principia, ceu sunt in Geometria, quæ vocantur petitiones, & definitiones, quæ si à quopiam ob aliam innatam dubitationem ambigua videantur, munus erit superioris artificis demonstrare, quæ si priora habet principia, à priori ostendentur, sin minus alio demonstrabuntur modo: Alia autem cognitionis principia ex suppositione sunt, quæ in scientiis in quibus sunt demonstrari non possunt, sed in arte superiori, sicut Aristotiles habet primo posterio. manifestum quòd non est, vniuscuiusq; principia demonstrare, erunt enim illa omnium principia, & scientia illorum domina omnium: Idem Eudemus testatur sicut Simplicius refert, & Auerrois primo posterio. Verum quoniam res clara est, satis erit hæc tantum tetigisse: & sermonem de principiis subiecti aggrediemur: cum de his dubitent interpretes. Auerroes quem fere omnes insequuntur principia rei opinatur, quanuis in scientia in qua sunt principia non possint à priori hoc est, demonstratione Simplici, & causę tantum, demonstrari, Si tamen latuerint

Dubitatio

An principia possint demonstrari.

70.

60 70.

Auer. opinio de principiis subiecti.

in eã arte oſtendi à poſteriori, & ſigni demonſtrátione recte poſſunt. vtrumq; exponit,nam ſi cauſæ ſubiecti artis habuerint cauſas priores,tunc demõſtratio illarum cauſarum erit per demonſtrationem ſimpliciter in arte continente illam artem,igitur ne metas ſcientiæ tranſgrediatur, à priori demonſtrari nequeunt.

70. ſecundum itidem monſtrat:quòd videlicet à poſterioribus oſtendi posſit Ariſt. teſtimonio,qui in Phyſico auditu eſſe primæ materiæ,per transmutationem oſtendit,& primum motorem eſſe ex motu:& ob id gloſſat illud Ariſt. primo poſterio. quòd cum principia in arte oſtendi poſſe negauerit,dumtaxat,quòd ſimpliciter nec cauſæ tantum demonſtratione oſtendi poſſe negauit:& q; hæc ſit eius opinio

60. demonſtratur:ſi quidem ſecundo phyſ.primo poſt.& alibi quoq; eam aperuit:ſed

60 70 Arguitur Auer. Abſurda quidem eius opinio:à ratione enim, & Ariſto.& tandem à ſe met ipſo diſſrepat: Verum prius quàm hoc monſtremus id erit nobis ſupponendum,quod ſæpius ex Ariſtotile quarto,ſexto,ſeptimo & duodecimo primæ philoſophiæ liquet,entia videlicet cunta,prout entia ſunt,à primo Philoſopho conſiderari,& hoc prima philoſophia à cæteris ſeiungitur ſcientiis:tunc ex his ratio elicitur,ſcientia, vt talia ſunt, demonſtrare primi ſit philoſophi munus, demonſtrare igitur ſi rei cauſæ ſint ad eundem primum pertinet Philoſophum: Adhuc in artibus quomodo rei cauſæ conſiderantur,eodem etiam demonſtrantur:demonſtrandi enim

5 5. regula,ex conſiderandi modo accipitur:vt clare ipſe met Auer.2.&.12.diuinorum aperuit:eo igitur modo in ſcientia in qua ſunt principia demõſtrãtur,quo & conſiderantur:ſed ea artifex conſiderat non vt entia,verum vt principia talis entis, nempe transmutabilis, quòd igitur principia ſint talis entis demonſtrat: quod exemplo primæ materiæ oſtendi poteſt:materia prima eo modo demõſtratur quo conſideratur,conſideratur autem vt principium entis transmutabilis,ergo demõſtratur quod eſt principium entis traſmutabilis:confirmatur ratio:eo enim pacto materia prima conſideratur in phyſ.quo definitur:nam conſiderandi modus definiendi modo correſpondet,vt totiens admonuimus: diffinitur autem materia,vt principiũ entis trãſmutabilis,dicitur enim,quòd materia ſit principiũ ex quo aliquid fit cum inſit,ergo vt principium entis tranſmutabilis conſideratur: demonſtratur igitur quòd ſit principium entis tranſmutabilis,& non quòd ſit abſolute:

Cuiuſdã obiectionis ſolutio. neq; illi audiendi,qui fatentur,à priori Philoſophum primum ſieſt rei demonſtrare,à poſteriori autem,ſcientias ſpeciales:ſi quidem modus cõſiderandi,vt antea ex Auer.docuimus idem ſit ſubiecti,principiorũ,paſsionum,& ſpecierum:cum ergo ſcientię ſpecialis ſuum ſubiectum,vt ens non conſideret, ergo neq; ſua principia hoc modo conſiderare poteſt,alioquin alter eſſet conſiderandi modus,ſubiecti & alter principiorum: Ad idem,ſcientiæ diuerſæ licet in re conſiderata conuenire poſſint,in modo tamen conſiderandi nequaquam:hoc enim inuicem diſtinguuntur:ſcientia igitur ſpecialis non poteſt cum prima philoſophia in modo conſiderandi conuenire,cum ab illa diuerſa ſit: Cum itaq; primæ philoſophiæ conſiderandi modus ſit entia vt talia ſunt contemplari, non igitur ſcientiæ ſpeciales ita ſua principia conſiderabunt:Sunt et Ariſto.teſtimonia,qui.1.4.6.7.8.11.&.12. primæ philoſophiæ:entia vt entia ſunt tantum a primo philoſopho conſiderari aſſeuerat,quod etiam Auer.à ſe met ipſo diſſentiat paulo poſt monſtrabimus:

Opinio ſecũda de principiis. Eſt de principiis: opinio ſecunda, quæ à priori poſſe principia demonſtrari in arte in qua ſunt contendit: inquit enim, cum in quacunq; ſcientia ſint & rei, & cognitionis principia, cum rei non ſunt principia, veluti in naturali philoſophia

losophia motum esse, & entium multitudinem posse bifariam considerari, & vt naturæ effectus, & vt scientiæ principia sunt: Vult q; cum rei principia commonstrantur in scientia per cognitionis principia, vt quando materiam primam per motum commonstramus, motus si vt naturæ effectus contempletur vtiq; non propter quid, demonstrationem, sed signi constituet: nec vt in naturali philosophia cum vt medium sumitur, ad primæ materiæ esse commonstrandum, consideramus sed vt cognitionis principium, vt ex Aristo. patet primo phys. subiiciantur nobis entia aut omnia, aut aliqua moueri, quibus verbis motum vt cognitionis principium asseuerat: sic itaq; propter quid demonstrationem conficiet: quare quando materiam primam esse ex motu Ari. demõstret, à priori vtiq; demonstrat. Hæc secũda opinio quoniam quodam modo coincidit cũ prima vtraq; enim esse principiorum in scientia demonstrari posse fatetur, ob id eisdem etiam abiicitur argumentis: pœnes alterum differt à prima, hæc enim à priori demonstrari posse rei principia contẽdit quare propriis rationibus arguetur: Vnde id quod aduersus huius positionis fautores accipimus, erit, nunquam ea quæ dumtaxat cognitionis & non rei sunt principia demonstrationem à priori conflare posse: quod primũ ex definitione ipsius scire, planum fiet: nam cum demonstratio à priori perfectum pariat, scire, sed scire simpliciter primo huius est rem per causam cognoscere, quoniam illius est causa & non contingit aliter se habere: Sed principia cognitionis tantum causæ non sunt propter quam res est sed potius econuerso se res habet, non ergo principia huius modi demonstrationem à priori conficiẽt: Primo etiam huius Philosophus ait, demonstrationem à priori esse ex causis prioribus, quod postea exponens ait, illas esse veras causas Cum de priori & notiori mentionem facit: Ex his igitur planum euadit, causas demonstrationem à priori ingredientes, veras esse, & non causata: Idem totus Aristotelis progressus in primo posteri. lib. ostendit sed quoniam ridicula opinio est, proinde dimittatur. Est & tertia opinio quæ propria est nempe, principia rei siue subiecti nec à priori, nec à posteriori in scientia in qua sunt demonstrari posse, & ratio est quoniam si est vel non est primi Philosophi est monstrare: id autem quod de prima materia, & de primo motore asserunt, friuolũ est, quando quidẽ nunquam Ari. primam materiam esse in physicis monstrauit, sed bene illam entis transmutabilis principium esse: at illam absolute esse, atq; eãdem esse substantiam, Philosophus tam. 8. quàm. 12. meth. commonstrauit: vnde eam esse & substantiã esse physicus à primo accipit Philosopho: cuius munus est omnia, pro vt entia sunt contemplari: Idem Auerroes veritate tandem compulsus. 12. primæ philosophiæ his verbis testatum reliquit: si igitur inquit iste sermo est conueniens huic expositioni tum iste facit intelligere, q; esse est esse materiæ, & est proprius huic scientiæ, & non de scientia naturali, & nullus potest intelligere esse materiæ in rei veritate nisi sic, accipit ergo naturalis. Auer. auth. à primo Philosopho materiam esse & secundo phys. asserit considerare materiam esse substantiam, est primi Philosophi: nam substantia & accidens sunt differentiæ entis: ergo si materiam esse substantiam diuinus contemplatur Philosophus, magis vtiq; illam existere; Idem eodem secundo testatur. Quod rursus de primo fatentur motore omnino falsum est: nunquam enim Arist. in physicis ipsum esse absolute monstrauit, sed bene ipsum esse immobilẽ, æternum, atq; quòd omnino sit à materia semotus: Verum q; sit, nequaquam ostendit. Age tamen si hæc quæ proferunt, gratis eis concedamus, quid aduersus nos demonstrant? nam & si Arist. commonstret esse pri

Marginalia (left): 11. — Arguitur opinio secunda. — 1. — Propria opinio. — 14. — 4. — 11.

mi motoris, ac primæ materiæ, id tamen non vt naturalis facit, verum primi philosophi personam induit: neq; hoc alienum est ab Aristot. consuetudine, cum sæpenumero alterius artificis induat personam: vti primo physi. lib. aduersus Parmenidem, & Melisum sermonem habens, & probans q; entia multa sint & motus sit, fatetur se personam primi indicere philosophi: cum munus illud Philosophus naturalis explere nequaquam possit: & secundo Rhet. cum de animæ affectibus disputationem exordiretur, ait se illud munus explere, vt Politicus, non vt orator: A pari, & si primæ materiæ, & primi motoris esse in phys. Philosophus natura-

Dubium. lis commonstret, id non vt naturalis, sed vt diuinus facit Philosophus. Sed dubium est, quo nam modo Philosophus primus hoc possit subire munus, cum hæc

Solutio. considerata, pariter & media, quibus commonstrantur naturalia sint, huius difficul-

70. tatis ex ipso met Auerroe primo poster. solutio constat, nam si hæc commonstramus, vt entia consideramus, oportet igitur medium, quo hæc ostendimus harum cognitionis causam, ac principium esse, primo vt entia sunt, tantum enim modo esse de ipsis scire intendimus: quare medium erit rei commonstrādæ proportionatum: palam: igitur ex his, principia rei siue subiecti q; sint in scientia monstrari nō pos-

Disputatio d speciebus subiecti. se. Super est modo vt quædam de subiecti speciebus afferamus. Posteriores Philosophi, qui Auer. maxime insequuntur species subiecti q; sint in scientia cum

Prima opinio. latuerint posse commonstrari contendunt verum non demonstratione, causæ, sed signi, & id artifex specialis suo explet marte, quamuis alterius artificis non subeat

146. personā Ad quæ Aris. & Aue. testimonium afferunt: Arist. enim secundo de anima, sensum communem esse, qui species erat subiecti ex accidentibus & signi de-

17. monstratione esse cōmonstrauit: & tertio de anima esse intellectus agentis mōstrat:

32. Auer. etiam quarto cœli, ait q; ea demonstratio Aristotelis, qua ignem esse osten-

33. dit, esse ad speciem subiecti, quod raro fit in scientiis. Idem secundo poster. si vero accidit, inquit, alicui arti vt aliquam speciem suorum subiectorum demonstratione commonstret, hoc raro fit, aut non contingit, sed absurda est hæc positio: &

Arguitur opinio. licet eius falsitas ex his de principiis diximus patere posset, propriis tamen argumentis eam destruemus: si species subiecti q; sint possint demonstratione signi, in scientia ob id, quia latent, commonstrari ergo q; simplici, & propter quid, demonstrationibus, quodq; hoc sequatur deducimus: Atq; id supponimus, quod & ipsi fatentur: ad hoc vt aliquod in scientia cōmonstretur, duæ præcipue existūt conditiones, quarum altera est, vt id quod demonstrare optamus, lateat, ad manifesta enim demonstratio non erigitur, altera autem vt medium possideat nobis manifestus: sed hæc duo in scientia, in qua species latent, sunt, est enim species, quæ latet: sunt rei principia, quæ ex accidentibus, vt ipsi aiunt, in scientia manifesta sunt: quid igitur vetat, quin minus species hæc à priori nō commonstrentur. Adhuc si primi Philosophi munus est esse rerum commonstrare, vt ante docuimus, siue igitur species, q; sint lateant, siue non, nequaquam proprius artifex, q; sint, commonstrabit:

Primo Auer. itidem plane testatur. 7. primæ philosophiæ: & ideo nulla scientia potest, inquit aliquem illius generis speciem monstrare, de quo considerat, verum sit, aut non sit, & causam subdit, eiusdem enim scientiæ est scire aliquod esse, & quid. quibus verbis patet: q; non recte dicunt, puta quod proinde species aliquando monstrantur, quoniā latent nō causa inquit, est quoniam propri artificis non interest si

Opinio propria. est rerum monstrare: Recta itaq; opinio erit, q; subiecti species, q; etiam neq; simplici nec minus signi demonstratione commonstrari possint: nec id in causa est,

quod

quod alii asseruere, quoniam manifestæ sunt, cum pateat, q interdum lateant: Sed causa erit quoniam demonstrare aliquid an sit, nec ne ad primum pertinet Philosophum adiecimus, demonstratione simplici, & signi, non posse demonstrari: Hæ enim duæ tantum species rei existentiam declarant, sicut antea monuimus: demonstratione autem causæ tantum demonstrari possunt: Si earum propter quid latebit. Quod ex his planum fieri potest; habent enim causas, quæ earum propter quid declarant, rursus causæ notæ sunt, latet etiam earum propter quid, neq quæsitum metas artis transcendit: proprius igitur Artifex demonstratione causæ tantum illas commonstrare valebit: Signi autem & simpliciter secus, nam hæc cum esse rei declarent, quod primi Philosophi est, non vtiq particularis
83. artifex earum esse ostendere poterit. Huius sententiæ Auer. est secundo poster. quo loco planè fatetur species subiecti demonstratione causæ tantum posse in sciētia commonstrari. Neq etiam absurda relata nobis obstant: nam licet interdum in scientia particulari esse specierum monstretur, id tamen proprius artifex suo non facit marte, sed primi philosophi personam induit: ex quibus testimonia Aristotelis dissoluuntur: nā licet philosophus sensum communem esse atq intellectus agentis existentiam commonstret, primi philosophi his in locis induit personam: nam si hoc facit vt entia, hoc est, vt existent contempletur, quod quidem primi est philosophi munus, causæ igitur, quas specierū esse commonstrandum, accipit, oportet vt harum rerum q sint, causæ existant: accipiuntur igitur vt causæ rei quatenus res est, ac existit quæ quidem ostensio, vt ex Aristotile. 6. methaphysi. liquet, diuina est: Inquit enim principia & causæ entium quæruntur, & patet q prout entia sunt: vel dici potest ad illud tertii de Anima, quod esse intellectus agentis Philosophus à simili ostendat, quæ argumentatio Topica est: Quare Dyalectici personam subit: qui de omnibus disputat, vti postea monebimus: Et Auerroes in Epith. methaphysicis primo lib. & Aristotiles. 4. diuinæ sapientiæ testantur. Pro Auerrois autem testimoniis & primo quarti de Cœlo fatemur, ignem esse ibi commonstrari, verum ibi primi philosophi habitus induitur: vnde, quoniam rarò contingit vt species q sint lateant, proinde ea verba adiecit Auerroes quod rarò cōtingit: sæpe enim numero earum esse manifestum est: Neq illud secundi posterio. nobis obstat, cum ibi sub disiunctione loquatur, & neutram affirmet partem. Aut dicendum quia in pluribus manifestum est esse specierum in arte, & rarò latet, cum
76. manifestum iam est, illas esse despicit, & non indiget arte communiori, vt Aristo. primo huius testatur: cum autem esse latet commonstrat Artifex specialis, sed primi induit philosophi habitum: Ostensis his, difficultas imminet: nam id eueniret, q sola diuina scientia demonstrationes simplices conficeret quare neq mathematicus, nec naturalis, illis vti posset: Sed nō sequitur siquidem simplices demonstrationes & existentiā absolutam, & talem: seu hanc demonstrant: Cum itaq mathematica suarum rerum absolutam existentiam demonstrare contendit, vtiq primæ philosophiæ personam induet: sin autem existentiam talem commonstrabit, vt quod punctus in linea sit, suo illud marte explere probe potest: pari etiam modo naturalis philosophus, si primi motoris absolutam existentiam demonstrare exoptabit, erit tunc primus Philosophus. Verum si illum esse immaterialem, & à materia semotum ostendere velit, ipsius hoc erit munus, cum quandam, vt sic entis partē abscindat. Sed vt huic disputationi finē imponamus opus est, vt eorū argumēta dissoluamus quibus esse subiecti in scientia demōstrare nituntur:

Primo. Tertio. Dubium, Solutio. Solutio primi argumēti

Solutio secundi. & primo de facili soluitur nam licet, quæque scientia vti possit demonstratione signi, non tamen respectu esse subiecti, quoniam illud aut manifestum, aut supponitur, quæ modo manifesta sunt vel supposita non demonstrantur: soluitur & Auicennæ authoritas bifariam, cum quia anima in lib. de anima subiectum non est, sed

Solutio tertii. animal, tum quod si illud fecerit, primi philosophi personam induit: cuius munus est, si est rerum demonstrare: neque tertia ratio alicuius est momenti, Elenchus enim syllogismus nequaquam subiectum est in lib. Elenchorum: cum libellus ille vt postea docebimus subiectum nullum determinatum possideat: & hæc de subiecto, principiis: & speciebus dicta sint satis.

Solutio secundæ quæstionis Latini. Secundam soluunt Latini, demonstrationem asserentes esse speciem potiorem: nam quod ad alterum refertur, & alterius gratia est, imperfectius vtique erit: sed cum definitio medium, & causa sit demonstrationis, et gratia demonstrationis ignobilior est:

Arguitur Latini. Verum decipiuntur: definitio enim ipsa demonstratione potior longe est: vt ex his planum fiet: nam Aristo-

49 tiles secundo cœli, & quarto metheo: rem alteram altera potiorem ab operatione asseruit: neque hoc absque ratione protulit, cum à fine vnumquodque denominari iustum sit secundo de anima: nam operatio finis est rei, vt secundo cœli: eorum

17 vnumquodque quorum est opus, operis gratia esse constat: Dei autem operatio im-

Cap. 5 mortalitas: & primo moralium, summum bonum: ob id virtutes non appellari asseruit, quoniam ad studiosas operationes referuntur: quare studiosas operationes in vita perfecta vltimum agibilium rerum finnem, ac summum bonum constituit: & cap. 7. ait, bonum cuiusque rei in operatione consistere: quales modo sint actus, & operationes, ita & res à quibus fluant, ex actionibus, rerumque euergiis dignoscuntur: si enim nobilis, & diuina est rei actio, diuina res erit: Instrumenta igitur sciendi ea erunt potiora iudicanda, quæ energias potiores producunt: est autem instrumenti sciendi finis atque operatio scientia: quare id potius erit instrumentum quod perfectiorem parit scientiam: Cum itaque definitio demonstratione longe potiorem & diuiniorem pariat scientiam, potior igitur iudicanda erit: minor ratione, & Aristotelis testimonio monstratur: ait enim Aristotiles tertio me-

30 thaphysi. perfectius est scire quid per definitionem, quàm quale per demonstra-

4 7 tionem: & septimo methaphysi. & octauo etiam ratio haberi potest: causa semper dignior est nomine & definitione, cuius est causa definitio causa, & principium est scientiæ demonstratiue: rei enim quod quid est, quod definitione explicatur, causa est omnium eorum, quæ per se rei insunt quarto phys. ex definitione rei accidentiũ

31 omnium, quæ rei insunt, causa habetur, quæ cum demonstratione sciatur secundo posterio. definitio igitur demonstratione nobilior: ratione etiam monstratur, scientiam perfectam inquit, esse scire rem per causam, ob quam est apud naturam: Auer.

6 94 primo & secundo huius: sed causa propria, qua res est, duodecimo, & septimo me-

8 34 tha. est quæ definitione explicatur: Scire igitur simpliciter & verè, definitione

3 explicatur: atque hac ratione tertio meth. philosophus testatur scire definitione esse potius, quoniam eius causa forma est, quæ entelechia, & perfectio est rei, qua proprie res est: Auer. etiam secundo huius ait primam intentionem: primumque subie-

69 ctum in hoc lib. esse definitionem, quoniam ob definitionem de ipsa agitur demonstratione in primo libro: quare definitio instrumentum potius est & primo huius,

11 scientia definitionis, quid, perfectior scientia demonstrationis, quia & secundo hu-

38 ius fatetur demonstrationem ad definitionem referri, & quod in primo est consideratum ob ipsam definitionem, quam in secundo speculamur: Idem Epithom. Logicis

gicis cap. de demonstratione, & secundo huius cap. secundo, & Auerroes sæpe, definitione substantiam, demonstratione autem accidens ostendi asseuerat: sed substantia accidente potior est & perfectior septimo meth. quod igitur definitione scitur, perfectius erit eo, quod demonstratione habetur: quare definitio demõstratione potior est: quam rem latius Auer. in Epith. Logicis explanans confirmat:
51. eo in cap. quod de demonstratione inscribitur: perfectius instrumentum illud dicitur quod magis à nobis naturaliter expetitur: nam secundo de ortu & interitu natura semper melius eligit: sed magis naturaliter sciẽtiã definitionis, & definitionem expetimus, quàm demonstrationem eius scientiã, quo fit, vt definitio & eius scientia, demonstratione, & demonstratiua sciẽtia perfectior sit: secunda propositio ita ostenditur, sicut artes operatiuæ, ita & speculatiuæ in operatione se habent: quæq; enim expetit magis substantiam rei scire quæ definitione habetur, & non accidens rei, quæ demonstratione scitur: ea enim principium operis est; nã artifex id magis cognoscere expetit, quod suum finem, suumq; opus magis perficit: substantia quidem Reubarb. definitione scita, coleram euacuans facit suum opus, non autem accidens, quod demonstratione comprehenditur: magis igitur rei substan-
Dubium. tia, & definitio exoptatur. Verum hic vna dubitatio solutionẽ quærit: si vtrunq; instrumentum per causam, quæ forma est, fluit, demonstrationis enim medium cum
11. causa sit, ea est quæ forma: nam primo de anima principium omnis demonstratio-
Solutio. nis est ipsum quod quid est quod forma est: non igitur instrumentum alterum altero potius est: Sed eodem cap. Aue. satisfacit, nam forma vt demonstrationis me-
17. dium, non vt forma sumitur, sed vt principium & agens causa accidentium, secundo enim de anima philosophus asserit, quòd forma vt principium & causa accidentium, & actionum, quæ rei insunt, agens & principium vnde motus dicitur, vt exemplo animę ostendit vt autem actus & entelechia, rei forma, quare rei substantia ac forma quę definitione tantum scitur causa est omnium accidentium, quę per
11. se rei insunt, vt quarto physi. Philosophus asserit: & ideo dicitur medium demonstrationis formam esse: quare & si forma medium sit, non vt forma, sed vt agens
8. & 4. demonstrationem ingreditur vt ipse met Auer. primo huius testatur, cum ait notionem præmissarum esse scientiæ demonstratiuæ causam agentem: Cum itaq; ratio formæ nobilior sit ratione agentis, ideo fit vt definitio demonstratione sit
Instantia. nobilior: Sed dubium solutio habet, interdum enim in demonstratione non causa tantum efficiens quæsiti & forma, ac quod quid est, subiecti, verum quæsiti cau-
Solutio. sę, qua forma & quod quid est dicitur: ingreditur: vti si lunę Eclipsis de luna monstretur, ob luminis priuationem in luna, & tonitruum per sonum factum in nubibus, qui est sua definitio: Sed soluimus: accipientes per se accidentia bipartiri: alia enim sunt quæ ex principiis subiecti fluunt, vti disciplinæ capax, & risibile hominis accidentia per se à principiis ac eius causis vt ab intelligente anima fluunt, quæ & si ex proprio quod quid est monstrari possent, quoniam hæc ipsa quidditas causata ex principiis subiecti est, demonstratio per huiusmodi me-
16. dium fluens æquiuoce est demonstratio: quoniam per mediata fluit vt Auer. primo huius: siquidem vt ex Aristotile patet principium immediatum ac indemonstrabile id est, cuius non est altera causa prior: quare cum huiusmodi medii sit causa prior, vt subiecti quod quid, demonstratio igitur quæ tali medio vtitur, æquiuoce est demonstratio: Id autem ex Aristotile elucet qui pri-
41. mo de anima asserit principium cuiusq; demõstrationis esse quod quid est subiecti

31. & quarto physi. perfectè definitiones sunt natæ reddere causas omnium acciden-tiũ quæ sunt in re: quare tunc exacte huiusmodi accidentia sciuntur, cũ q̃ quid est subiecti cognoscantur, quod horum per se accidentium, vnde motus princi-pium est: alia autem accidentia ex principiis subiecti nequaquam fluunt vt lu-næ Eclipsis: non enim ex principiis lunæ fluit, causæ enim lunæ sunt orbis, vt ma-teria, & intelligentiæ, vt forma, quæ Eclipsis causæ non sunt, sed terræ interposi-tio eius est causa, & eius quidditatis, vt priuationis luminis in luna: cuius modi autem accidentia cum per proprium quod quid est, demonstrentur, demonstratio ad huc talis æquiuocæ dicitur demonstratio: Quoniam & hæc per mediata
35. principia fluit: neq̃ Auerroes nobis obstat qui primo huius ait causam agen-tẽ ex accidenti demonstrationem ingredi: quoniam de ea agente causa loqui-tur, quæ tantum quæsiti causa est, & non subiecti, vt nobis eius verba aperiunt, cum interpositione vtatur, quæ quæsiti, & non subiecti causa: hæc enim ex accidenti inest: quoniam si per se, omni demonstrationi inesset, quod enim per
34 4. se inest, semper inest; Sed causa illa agens quæ quod quid est, & forma subiecti est, per se demonstrationem ingreditur: sed de hac re prolixior no-bis sermo erit inferius: Adhuc scientia vera ea est, quæ imitatur esse natu-ræ, vt secundo huius, & secundo meth. sicut res in esse naturæ, ita in scientia: quare si res definitione habita, nobilior sit illa quæ demonstratione scitur, scien-tia vtiq̃ definitionis præstantior erit: esse enim rei, quæ definitione scitur substan-tia rei est, quæ forma est, quæ definitione cognoscitur, & ea est quæ dat esse rei, &
8. opus & non accidens, secundo de anima, dat nomen, & definitionem, non autem accidens, quoad naturam: ergo esse nobile rei forma est: ergo scientia de re defini-tiua potior: Vlterius ex. 7. meth. prædicata substantiæ, quæ definitione sciuntur in
3. & 4. quid de re, sunt perfectiora primoq̃ intẽta sciri: quæ autem demonstratione sciunt̃, prædicata sunt, quę accidentium sunt, & ea imperfectiora, secundoq̃ intenta sciri scientia igitur definitionis nobilior, quare definitio instrumentum potius est: Cu-ius rationis his verbis Auer. 2. huius meminit: tibi inquit, expedit scire q̃ intentio
38. scientiæ de demonstratione, est sciẽtia definitionis, & id quod hic mõstratur quod demonstrationes sint, definitiones in potentia, est huius libri: quid quid. n. in pri-mo est, est ob id quod in secundo commonstratur: quare si demonstratio ad defini-tionem referatur, præcipua vtiq̃ subiecti pars, & primarium artis subiectũ defini-tio erit, de qua in secundo speculatio est: id enim ex eo sequitur, nam prima pars subiecti species potior, ad quam aliæ referunt̃: at definitio vt ex præmonstratis di lucidum fit, est huiusmodi, ergo prima subiecti pars. Tertiam soluit Auer. secundo huius, verum vt magis res hæc elucescat, paulo altius illam aggrediemur: Auer. ibi dubium mouet, quod interpretum animos diu fatigauit, an videlicet, quæsita, de quibus secundo huius sermo fit, eadem sint his, de quibus in Topicis agitur: nam primo Topicorum quæsita quatuor fuerunt enumerata nempe, generis acci-dentis, proprii, & definitionis sed quoniam quanplura adinueniuntur, quæ ad illa quatuor minime referuntur, quorum secundo huius meminit, ergo non eadem: nã si quærimus an Deus sit, cum sensus sit, an esse Deo insit, non aliquid illorum quęri-mus: Adhuc si quæramus, an cygnus sit albus, inquiritur an prædicatũ albũ insit cy gno & nõ an albũ sit accidens cygno: interest. n. an albedo sit accidẽs alicui dicere, & an albedo cygno insit: primũ qdẽ quæsitũ est accidentis, secũdũ aũt nõ videtur: Quare si res ita se habet, à seipso philosophus dissentire videtur, cũ primo Topicorũ

Solutio tertiæ quæstio. 3.

An quæsita Topica eadẽ sint cum his, quæ in secun do huius enu merat Arist.

&

& alibi sæpe testetur, Dyalecticam esse de omnibus: nam cum ad hæc quatuor omnia non reducantur, non sibi igitur constans Philosophus est. In propositæ ambiguitatis solutione Auerroes primo quid ipse sentiat, Themistius adducit, mox ipsum satis fuisse perplexũ, ostendit, vt intuenti paraphrasim patet: eius tamen opinio est quod in Topicis quæsitorum formæ solæ afferantur; Ibi enim de quæsitis sermo habetur quæ composita sunt, in quibus nulla est diuersitas, præterquam in interrogandi modo: nanq; quærimus an alicui insit, vt genus, vt proprium accidens & definitio: quandoquidem si de definitione Dyalectico ritu agemus, prius ex ea propositionem texemus, demum quæstionem formabimus, an anima sit numerus seipsum mouens? Sed si ad vsum demonstrationis quæratur, quæremus quid sit anima: quæstio non est facta more Dyalectico, non enim damus respondenti propositionem vt eligat quam velit partem: ceu si quæramus an mundus sit æternus: Nec ne? Auerroes arguit Themistium: nam eadem sunt quæsita de quibus vtrobiq; agitur: quibusq; eodem modo Topicus, & demonstratiuus, vtitur: quare non recta Themistii est solutio proinde aliam subdit ipse solutionem, aitq; quæstiones, de quibus secundo agitur libro eas esse, quæ quærunt res, quæ sunt extra animam, & sunt quæsita speculatiua: vt si quęramus an homo sit risibilis? quærimus tunc rem, quæ extra est ipsam animam: Itidem si quęratur an homo sit? quęrimus an ita sit, vt in re reperiatur homo: quęsita autem demonstratiua de rebus sunt extra animam, & Topica non sunt quęsita, quę de rebus sunt extra animam, sed de rebus in anima: Iccirco speculatiua non sunt quęsita: verum Logica: nam quęsita an animal sit genus, & an animal rationale sit definitio hominis, non sunt quęsita Theor. sed Logica, quoniam extra animam non est genus, & definitio, sed entia sunt ex intellectus opere prouenientia. Verum eius solutio dubium parit, quoniam incõstans est & philosopho nõ cõsonans: & vt ab increpatione contra Themistiũ exordium sumamus, eius enim solutio eodẽ argumento, quo vsus est aduersus Themist. arguitur: nam arguit eadẽ esse quęsita vtrobiq; explicata, cũ deinde ipsemet dicat quęsita Topica, Logica esse quęsita: demonstratiua vero speculatiua: verum igitur fuit dicere, ꝙ in Topicis de Topicis agatur, quę Logica sunt quęsita, in. 2. huius: Agitur, de demonstratiuis. hęc solutio & a seipsa dissentit, seq; inuicẽ ipsam diruit, vt ita arguamus: si eisdem quæsitis vtitur Top. & demonstrator ergo quęsitum si est, tum ad Topi. tum & ad demonstratiuum pertinebit: nã quæsita Topica de his sunt, quę in anima existunt, igitur & demonstratiua: Ad huc demõstratiua sunt de his, quę extra sunt animã, ergo & Topica cum eadẽ sint, & vtrisq; vtatur, vt aduersus Themist. ipse asserit: Pręterea teste Philosopho primo Rhetorices, & primo Elenchorum, & alibi, Topica de omnibus est, tum pręcipue, quoniam in principio Topicorum asserat methodũ se tradere velle qua de omni proposito problemate ex probabilibus syllogizare valeamus: igitur non tantum quęsita quę sunt in anima considerat Topicus: sed omnia, siue hęc extra aut intra sint animam: Vlterius eueniret, quod cum quęritur, an aliquid sit ens vt an binarius sit, non esset quęsitum topicum, quoniam testatur ipse quod topica quęsita res in anima quęrant: verum quęsitum an res sit, quærit res quatenus extra sunt animam, quemadmodum asserit ipsemet primo & secundo huius, & in topicis & in quinto methaphysi. inquit esse quęsitum topicum & in secundo huius asserit, quęsitum an res sit, reduci ad accidentis quęsitum: cum enim querimus, ait, an binarius sit,

Solutio Themistii.

Auer. arguit themistium.

Auer. arguitur.

Cap. 1. & 8. Cap. 8.

16. & 33. 15.

non quærimus an genus eius ens sit: sed est quærere, perinde, ac si petatur nunquid quod concipitur in anima extra sit animam: hoc autem accidens est rei: & Ideo in Topicis Aristo. posuit quæsita essendi inter problemata accidentis: à se igitur ipso discordat: & quod peius est Aristotili etiam aduersatur, qui inter initia secundi Topicorum: hęc problemata inter Topica enumerat vtrum videlicet omnis voluptas bona sit, nec ne: Sed in hoc non quæritur ens in anima, vt an bonum sit genus, an accidens, sed quæ extra est, quoniam quærimus an in re bonum insit voluptati: quæsita ergo Topica res quærunt, vt extra sunt animam: Ad huc determinat an mundus sit æternus problema esse Topicum & accidentis, quærimus tamen an in re æternitas insit mundo: & fieret itidem vt tertius Topicorum pars non esset Topicæ, quandoquidem omnia inibi posita problemata quærunt, vt intuentis est iuditium, res extra animam, & nullum ens intra animam non igitur vera est solutio. Postremo id inde sequeretur, quòd Philosophus in Topicis esset mancus, quoniam plura essent problemata quàm quatuor: nam hæc an Deus sit & an mundus sit æternus, an homo sit animal, & consimilia cum non quærant res in anima, non essent vtiq; Topica: quare plura, quàm quatuor: essent problemata: Quo fit, vt alio nos modo soluamus: & quo magis res euidentior sit aduersione dignum id esse monebimus, nempe, nec Auerroem, nec minus Themistium Aduertisse ea quatuor prædicata in Topicis enumerata bifariã quæri posse, & absolute non in respectu ad prædicatum, quod ab Auerroe in anima appellatur, vt si dicamus nunquid cygnus sit albus: possunt & quæri in respectu ad prædicatum, quod est ens in anima, ceu si quæramus, an albedo sit accidens cygno: huiusmodi distributio ex Aristo. & ratione confirmatur: nam quod alicui rei ascribimus, aut conuertitur cum re, aut non, si primum prædicatum, attributũ, aut definitio, aut proprium erit: definitio vt homo est animal rationale, proprium homo est risibilis: nam prædicatum quòd, non conuertitur, aut genus, aut accidẽs est, nam non est. 3. dare, quod non conuertatur vel inde patet, quoniam differẽtia cũ genere locatur, ergo omne prædicatum, quod speciei inest aut definitio, aut proprium est, vel vt genus, vel vt accidens insit; quare cum quærimus an cygnus sit albus ad accidentis quæsitum reducitur, & illud an homo sit animal rationale ad problema definitionis & hæc fuit Aristotelis ratio primo Topicorum qua prædicatorum quatuor sufficentiam commonstrauit. Ex his concludimus non esse verum Topica semper prædicata quæri sub hoc respectu, an hoc sit genus, proprium definitio, an accidens, sed Aristotelis propositum est, omne prædicatum, quod speciei ascribitur ita se habere, vt vel sit accidens, vel propriũ, vel genus, vel definitio, quæ prædicata, vti diximus, bifariam quæri consueuerunt, altero quidem modo absolute alterò autem an insit vt genus, accidens, proprium, vel definitio, quod ex Aristotile primo Topi. patet, vbi hæc esse Topica problemata innuit, & inter accidentis illud esse cõnumerat, nunquid vita secundum virtutem suauior sit illa, quæ est secundum voluptatem: ex quo liquido constat, non quæri an suauitas sit vitæ accidens: & secundo Topicorum, vbi omnia problemata accidentis enunciat nonnulla ait esse vniuersalia, aliqua item particularia, vt omnis voluptas est bonum nulla voluptas est bonum: & tamen non quærimus nunquid bonũ accidens sit voluptati. Idem primo Topicorum & .6. eiusdem, sed si vtroq; modo quærit Topicus, quo igitur modo demonstratiua quæsita ab illis distinguentur: neq; Themist. audiendus est, dum differre ait in interrogationis forma: ex modo enim interro-

gandi

Solutio propria.

Cap. 4.

Cap. 4.

Cap. 1.

Cap. 6.

Dubium primũ Themi-

Ridet argui, tur. gandi Topico respondenti quidem datur, vt quamcunque voluerit partem eligat: vt an mundus sit æternus, nam sicut inter initia secundi poster. patet, hoc etiam modo demonstrator quærit, quemadmodum Aristotelis exempla fidem nobis amplã faciunt: vtrum deficiat sol an non, vtrum sit, nec ne, Deus an Centaureus: quare in forma interrogationis non distinguuntur: ante enim directionem, & cognitionem dirigentem demonstrator à Topico in interrogandi modo minime distinguitur.

Propria solutio. Quapropter vera est solutio, quæsita Topica, quæ quatuor enumerantur ad duo tantum reduci quæsita ex quatuor huius. 2. enumeratis, nempe, ad si est, & quia est, quæsita enim Dyalectica, aut spectant ad si est, aut quia est: Verum Topica quæsita quatuor sunt genere: nam alia sunt, in quibus quærimus an aliquid sit, vt an Deus sit, & hoc ad si est quæsitum reducitur: alia autem in quibus quia est, quærimus, vt an voluptas sit bona, an cygnus sit albus, hæc enim reducuntur ad quæsitum qualis res est: sed dubiũ est cum quæruntur in respectu ad res in anima, vt cũ quærimus an album sit cygno accidens, an risibile homini proprium: soluitur hoc, quoniam hæc ad quia est reducuntur: hæc enim quæstio, quia, est quando quærimus an aliquod prædicatum subiecto insit, quod principio secundi huius dilucidum fit, hoc ideo, quoniam in numerum ponimus: sed cum quærimus an animal rationale sit hominis definitio, an animal genus hominis quærimus, in numerum ponentes, & an subiecto insit prædicatum: hæc igitur omnia ad quæsitum, quia est, reducuntur quo fit vt Topica quæsita ad hæc tantum duo reducantur, puta, si est & quia est:

Dubium, Solutio.

Dubium primum. Secundum. Tertium. Nihilominus hic multa nobis proponuntur dubia soluenda. Et primum, an quæsitum, quid, & propter quid est, quæ duo erant secundo huius enumerata quæsita Topica sint: Ad huc si quid est & propter quid non sint Topica quæsita, non igitur de omnibus vtique Dyalectica erit: cuius tamen oppositum Philosophus sentit, sicut antea monstrauimus: postremo, si illa Topica sub illis duobus comprehendantur quæsitis ceu si est, & quia est: quõ ea Topica consideratio, ab hac, quæ in secunda libelli parte habetur, non seiungitur.

Solutio primæ Alexan. Alexander in Topicis primæ satis dubitationi facit, cum fateatur quæsita quid est, & propter quid non esse Topica: causam subdens quoniam Dyalecticæ non sunt propositiones, nec igitur quæstiones Dyalecticæ: deductio hæc probe valet: teste enim Philosopho primo Topicorũ: idem re propositio, & problema Dyalecticum est, absumptum ostendit: quãdoquidem omnis Dyalectica propositio vtranque cõtraditionis partem interrogat, & dat respõdenti copiam, vt quam velit partem eligat: si quidem dicamus, putas ne voluptatem bonum esse, nec ne? & cum dicimus quid est homo, vtranque partem non interrogamus quare respondenti non datur copia illa: quare ex modo, & forma interrogationis liquido constat quæsita quid, & propter quid, Topica non esse quæsita: quoniam si propter quid deficiat luna etiam quæramus, altera tantum pars interrogatur: & respondenti oppositio vtraque non datur, nec dari responsio alia potest, quàm terram esse interpositum & soli, & lunæ: quæstiones igitur quid, & propter quid Topicæ non sunt propositiones, quare nec Dyalecticæ quæstionis: & ne temere videamur hoc subiungere, eiusdem esse Themistium sententiæ inter huius secundi initia confirmamus: vbi quæstionem quid, & propter quid est Dyalecticas minime esse confessus est: quod ex Arist. 2. periher. haberi, & decarpi potest: si igitur Dyalectica interrogatio petio responsionis est, constat nec ipsum quid est Dyalecticam esse interrogationem: & octauo

Cap. 7. Topicorum ait problema nõ esse, nec minus omnem propositionem Dyalecticam

si quidem cum ea demonstratione definitio subiecto est cuius medium causa est formalis.nam famosum est ex doctrina Auer.definitionē tantum ex forma constare sed huius demonstratio æquiuoce demonstratio est,cuius medium causa est formalis non ergo eadem subiecto definitio est cum demonstratione: In propositæ ambiguitatis solutione paulo altius exordiendum, nempe,quæ nam sit causa quæ definitionem & demonstrationem ingrediatur aperientes, an forma, an etiā quodq; causæ genus,in qua re varia est interpræctum sententia. Nōnulli,vt Diuus Thomas, & lynconiensis opinantur,quod ad hoc vt perfecta cognitio definitiua habeatur,opus est vt omnes rei causæ appareant in rei definitione vnde licet vnius rei habentis plures causas possint plures dari definitiones imperfectæ tamen omnes erunt,vna tamen perfecta est,quæ per omnes causas fluit,quod cum Aristotile tum ratione confirmat:Aristotiles.8.meth.planè asseuerat causam extra rem ingredi definitionem:quod ibidem Auer.testatur:& secundo de physico auditu: dans differentiam inter artem,& naturam,ait,definitiones artifitiosas completas esse,quæ ex fine fluunt,vt inde appareat causæ materialis necessitas,sic etiam in naturalibus: Auer. itidem tertio Diuinorum res notificari p oēs causas quas habet,testatur,licet magis per id,quod est eius substantia:&.6.meth.ait primam philosophiam esse digniorem naturali scientia nam,vt in definitione naturalium ponitur natura,non secus in definitione diuinorum Deus ponitur: ratione etiam arguitur,scire est rem per causam cognoscere vt primo huius ergo per maxime causam,maxime scire continget,hoc enim patet per regulam Topicam, vt simpliciter ad simpliciter,sic magis, ad magis, & maxime ad maxime: sed causa finalis magis est causa,vt Aue.& Auicenna tertio meth.testantur,ergo maxime scire per causam finalem contingit sed instrumentum scientiam pariens demonstratio,& definitio est:igitur demonstratio,& definitio maxime ex causa finali fluunt:quod ex Arist.quinto de animaliū generatione,patet vbi testatur in definitione cuiusq; rei generabilis,& corrup.finem apponi: Idem secundo de anima, vbi demonstrat sextum non dari sensum, tribus demonstrationibus: quarum duæ ex mediis, & instrumentis sunt,& tertia ex sensilibus & Aue.ibi ait tertiam esse magis firmā aliis duabus,quoniam causa in ea accepta est finalis,in cæteris autem materia est: Philosophus itidem secundo huius inquit quod definitio sit sermo explicans esse rei,sed rei esse ex omnibus causis interdum pendet quatuor igitur causæ ad definitionem rei attinent:par iuditium erit de demonstratione,vt ex Auer.primo huius liquet,si quidem definitio aut principiū demonstrationis est aut illius conclusio,aut ea sola positione differens. Alii,ex quorum grege Auer.videtur,(vt ex eo apparet primo huius) opinantur non esse opus ad hoc vt perfectam scientiā,quæ ex definitione habetur,consequamur,scire omnes causas:sed tantum intra rem, vt puta eam quæ forma est,extra rem autem causæ non nisi ex accidenti definitionem ingrediuntur:vti causa agens,cum accidit vt ab effectu separari non possit,veluti de interpositione patet:finis quando differentia propria,quæ ab eius forma accipitur latet:& eius vice finis ponitur:ita in demonstrationem, quæ scientiam parit perfectam,non nisi forma ingreditur:Auer.opinio,ex pluribus confirmari potest:ea debent definitionem ingredi,quæ quod quid est,& rei substantiam explicant:vt ex Aristotile,& primo Topicorum & secundo huius patet,qui definitionem aperiens asserit,esse sermonem quod quid est, explicantem: sed sola forma quod quid est,dicitur,cæteræ autem causæ extra rei substantiam sunt, sola igitur

Dispositio q causa definitionem & demonstrationem ingrediatur.

Opi. prima. Secundo sen tent.dist. 27. quæst. prima

12 13.

91.

3.

9.

7.

9.

Cap. primo

129.

Cap.2.

35.

Secunda opinio.

35.

forma definitionem ingreditur: secunda propositio concessa est & præcipue quod agens & finis extra quidditatē sint, de materia autem dubium est: testatur tamen
61 34. plurima eorum pars, quod ad quod quid est, non attineat, vt Aue. interdum visus est asserere septimo primæ philosophiæ: Adhuc vnaquæq; definitio ex genere & differentia constat, sed causæ extra rem neq; vt genus nec vt differentia capi possunt, nisi ex accidenti, vt ante ex Auer. patuit: ergo definitionem non ingrediūtur: prætera definitionis partes rei partes sunt sed causæ extra rem rei causæ nō
5: sunt, vt liquido constat, ergo nec definitionis: Ad idem, scire simpliciter primo huius est cognoscere rem propter quam est, & quoniam illius est causa, & non contingit aliter se habere, sed hæc causa forma rei propria est, à forma igitur scire sim
37. pliciter habetur: minor claret ex Aristotile secundo de anima, & septimo metha.
23. forma est causa, quæ cum fuerit erit vtiq; res, materia vero causa est, quæ cum fue
14 6. rit, non itidem res erit. Perfecta igitur scientia à forma habetur: Deinde septimo methap. & duodecimo meth. causa propter quā res est forma est, cum itaq;
3. definitio longe pariat perfectiorem scientiam, quàm demonstratio, tertio meth.
69: pariet igitur scientiam per causam propter quam res est: forma ergo definitionem tantum ingredietur: & secundo huius inuestigans partes definitionis duas tantum dicit esse genus, & differentiam quæ formæ sunt, vel vt Thomas opinatur genus materiam refert, differentia vero formam: quare saltim materia & forma definitionem ingredientur: liquido igitur ex his constat, quòd causa, quæ definitionem ingreditur forma sit: nam cum definitio ex genere, differentiaq; constet,
46. genus forma est vniuersalis, differentia vero specialis, secundo de physico auditu: & cum par sit iuditium de demonstratione fit vt ex forma tantum demonstratio
Dubia cōtra Auer. cap. de diffinitione. fluat, Sed à se met ipso & ab Aristotile videtur Auerroes dissentire: Aduersatur enim sibi, quoniam in Epith. Logicis ait, definitiones partes alias priores, alias posteriores esse, & priores in duplici esse differentia: quædam intra rem vt materia, & forma, quædam vero extra sunt rem, vt finis & efficiens: & in eo quæsito, quo disputat quomodo definitio, quæ est demonstratio solo situ differens, à demonstratione distinguatur, ait demonstrationes perfectas eas esse, quarum medius terminus sunt omnes causæ: extra rem, vt agens & finis, intra vero vt forma & materia: vnde definitiones quæ sunt huiusmodi demonstrationes ex his fluunt causis: fatetur igitur & definitionem & demonstrationem perfectas per omne causæ genus
48. fluere: Secundo itidem huius testatur demonstrationem simpliciter per causam finalem, & formalem confici: Adhuc ait, quòd demonstratio simplex perfectam pariat scientiam: sed scientia perfecta per omne genus causæ habetur vt primo
Primo. physi. demonstratio ergo simpliciter per omne genus causæ procedet: quare definitio eius medium: Postremo cum in definitione naturalis substantiæ interdum causæ extra rem ingrediantur definitiones igitur illæ ex additione essent: quoniā
42. causæ extra rem extra quidditatem sunt, & secundo huius aperiens quæ sit definitio quæ principium est demonstrationis, eam esse asserit, quæ ex fine & agente conflatur: ea autem quæ demonstrationis conclusio ex materia & forma: Quare ex his satis compertum habetur quòd satis perplexus Auerroes iudicatur: His itaq; enarratis super est, vt quid ipsi sentiamus in medium afferamus: & vt quę
Opinio propria. stio dilucida fiat paulo altius repetemus, videlicet quæ causa erit, quæ quod
Duplex qđ quid est consideratio. quid est, facit, quod quid est itaq; bifariam contemplamur: & vt quod quid est: nē pe, quo ad ea, quæ vt quod quid est, conueniūt Alio autem modo, vt rebus quibusdam

dam quod quid est, dicitur: vt rerum videlicet naturalium, aut mathematicarum est: si primo modo ipsum quod quid est considerabimus, non nisi forma id erit, quod ex eo patet nam quod quid est, est naturæ & rei substantia, rei natura idest quo res est id quod est: hoc autem forma est: quod quid est igitur forma est: ad idem vt Auerrois testimonio vtamur, mathematicæ non nisi formalem causam cōsiderant quæ quod quid est, habent, quare eis quod quid est, tantum forma est: Adhuc separatæ substantiæ, quod quid est, competit, tale tamen non est nisi forma: licet in ea idē sit esse, & essentia, quare si rei natura, ac substantia, aliam causam quàm formam includeret, fieret, vt omnibus non esset quod quid est: sed omnibus quod quid est inest: ergo quidditas vt quidditas non nisi forma est: quod quid est enim, vt septimo diuinorū patet est rei natura atque substantia, ex qua definitione id elu-
11. cet, vniuersa videlicet habere quod quid est: omnia namque habent id, quod sunt: & licet res quod quid est habeant, ea tamen eadem non est ratio: vti enim se habent vt sint, ita ad quod quid est, vt Aristo. septimo methaphysi. asseruit: quare cum ea quæ vere sunt, atque existunt composita sint, eis igitur verè habent quod quid est: accidentia autem quoniam ob substantiam sunt, ab ea etiam quod quid est, habent: ita materia cum verè ens non sit, nisi formæ merito, ergo nec verè quod quid est, ei conuenit: forma autem quoniam bipartitur, altera omnino à materia seiuncta, altera vero materiæ immersa, neutra verum habet quod quid est: non quæ à materiæ gremio educitur quoniam ipsa in materia habet esse: quare eius quod quid est à materia pendet. forma autem separata, quod quid est, non habet, cum potius ipsum quod quid est, sit: proinde Aristotiles circa calcem octauo methaph. testatur formas separatas statim esse id, quod sunt quoniam idem omnibus modis in eis est id quod est, & id quo est: vt puta, lunæ intelligentia, est id quo est, & ipsa met est: sed in conceptis cum materia secus est: nam aliud est, id quod est, à quo est: nam compositum est id quod est: est autem hoc materia & forma: ex materia enim, & forma, naturæ, & compositi substantia esse videlicet per se existere causatur: in separatis autem esse ab essentia non causatur: formæ autem materiales cum sunt, licet seipsis sunt, à materia tamen, vti à subiecto, quo substentantur, pendent: vt Auerroes voluit secundo physi. quare ipsæ non statim sunt id quod sunt, sed à formis separatis deficiunt. iccirco vt vnde nostra progressa est oratio, redeat, vti res se habet ad esse ita ad quod quid: quare cum verè entia composita sint, ergo & ipsa habent vere quod quid: Cæteris autem quo quo modo competit, cum eis quo quo modo esse conueniat: ex quo alterum inferre licet: quòd vti entia habent quod quid est, ita & definitionem: sed cum composita tantum quod quid est habeant, ea vtique veram definitionem possident: cætera autem quoniam quodammodo quod quid est habent, igitur & quodamodo definitionem: quod ex Aristotile patet septimo diuinorum,
14. & 15. vti enim res se habet, vt sit, ita ad quod quid, & definitionem: omnia igitur definitionibus non vacant sed illas quo quo modo, sicut & quod quid est, habent: formæ autem separatæ quoniam verè entia non sunt: nam ens cum sit concretum nomen, id dicitur quod esse habet, quod autem esse habet componitur ex eo quòd participat esse: atque ex esse quod participatur: forma autem separata cum compositione careat, non igitur vere ens: sed dicitur ens quia causa entis, vel quia extra nihil, est: quare nec vere quod quid est, neque definitionem habent: pariter etiam formæ naturales, atque materia, cum vere

Omnia habent q̄d q̄d est. 13. 14. & 15.

Cuncta quo quo modo definitionis habeat.

F

non sint, sed entia sunt, quoniam causa entis, aut quia extra nihil sunt, non
igitur vere quod quid est, & definitionem habent: Accidentia rursus
cum esse in alio habeant, & à substantia pendeant, neq; quod quid est, aut
definitiones perfectas habent: composita autem cum verè sint entia, ergo ve-
40. rè quod quid est definitiones possident: quod Auerroes perbellè septimo diui-
næ scientiæ declarat: vbi asserit formas in materia existentes non verè definiri,
9. quoniam entia sunt in alio: quodq; Aristotiles octauo methaphysi. non negauit,
Quod vere definitur est compositũ. cum composita vere definitiones & quod quid est, habere conclusit: quod ex eo
ostendi poterit: quoniam vera definitio ex genere & differentia constat, sed genus
materiam compositam refert: differentia vero formam vt Auerroes secundo lib.
Epith. methaphysi. & Alixander secundo lib. naturalium quæst. cap. vltimo asse-
ruere: vera igitur definitio veram materiam veramq; declarat formam: Quare
quod definitur verè compositum ex materia & forma est: & ipsum est, quod verum
quod quid est habet: Ad huc id verè definitur quod verè habet causas, vera
enim definitio ex causis prioribus fluit sexto Topicorum & primo & secundo po-
sterio. at sola composita causas priores habent, ergo ea tantum definiuntur verè:
forma enim si verè definiretur, quæ igitur magis forma atq; maxime diffiniretur,
vt pote, separata forma: id ex regula Topica consequitur, vt magis ad magis, &
maxime ad maxime: modo pari consensu affirmant omnes veris definitionibus
formas separatas vacare, quoniam prioribus carent causis: quod igitur verè de-
finitur compositum est: sed vt ad rem conuertamus nos: formæ, quidditas ab-
solutè conuenit: & proinde Philosophus formam per quod quid est, definit: non
quoniam tantum forma sit, quod quid est: interdum enim cum forma aliæ con-
currunt causæ sed quoniam quod quid est, vt in se consideratur, non nisi for-
ma est, inde fit quod cum aliæ causæ quidditatis partes fiunt, etiam forma
includitur: nusquam enim perfectum quod quid est: haberi potest absq; forma:
altero modo quod quid est considerari potest, vt rebus quibusdam est coniun-
ctum, ita per eas causas fluit, ex quibus res in esse pendet: siquidem quod quid
est, principium est quo res est: quare cum interdum ab vna causa esse rei pen-
deat, puta, à forma, ergo eius quod quid est tantum forma est: vti separatarum
formarum esse, cum sit suum quod quid est: illud forma est: in mathematicis
autem vt placet Auerroi esse earum cum per quod quid est sit: quod cum non
nisi forma esse potest, quoniam cæteris carent causis, ergo esse earum à forma est:
quare quod quid est forma erit, sin aũt res sint, quæ in esse à quatuor causis pen-
dent: ex illis etiam quatuor quod quid est, conflatur: vti quoniam naturalis res
à quatuor causis in esse pendent, omnes ad earum quod quid est attinent: quod
autem quod quid est rei applicatum ex illis fluat causis à quibus in esse pen-
16. det per Aristotilem & rationem docebimus: Aristotiles primo de anima as-
seruit definitiones naturales præter formam includere materiam, sed defi-
nitio declarat quod quid est: ergo quod quid est rerum naturalium non tan-
2, 19. tum forma sed materia etiam completur: Idem sexto methaphysices & se-
14. & 35. cundo physico. & septimo diuinorum, definitiones compositorum non tan-
tum formam, sed etiam materiam includere dixit, vbi regulam infregit, vt
dignoscamus, quando materia ad quod quid est, & quando non attineat:
& dixit quòd vti materia se habet vt sit pars ita ad quod quid est sed quo-
niam formæ non est pars, sed compositi ergo non ad formæ quod quid est
sed

Cap. . ſed ad compoſiti quod quid eſt attinet : Idem ex Ariſtotile ſecundo poſteriorum patet, vbi aſſerit quod quid eſt bipartiri, alterum quod habet cauſam alterum quod cauſa caret: quem locum exponens Auerroes: ait quod quid eſt, quod cauſam habet quod etiam demonſtrationis concluſio ab Ariſtotile dicitur, illud eſt quod per formam, atque materiam fluit: quod autem cauſa vacat & principium demonſtrationis eſt: id eſt quod ex fine, & efficiente fluit: & proinde Auerroes interdum aſſerit demonſtrationes ſimplices per formam & finem fluere: & Idem Auerroes eo quæſito quod de demonſtratione inſcribitur à definitione, poſitione differente perfectas quidditates rerum habentium quatuor cauſas ex illis quatuor pendere aſſeuerat: Ariſtoti. etiam primo phyſi. ait tunc perfecte res cognoſci cum cauſas omnes eius cognoſcimus tum primas tum vltimas: ſed per quod quid eſt perfecte res cognoſcuntur, vt ſeptimo methaphyſi. ergo per omnes cauſas cognoſcuntur: octauo etiam diuinorum cauſas extra rem definitionem ingredi aſſeuerat: ſed definitio quod quid eſt explicat, opinatur igitur cauſas extra rem ingredi definitionem & tertio methaphyſi. res notificantur per omnes cauſas, quas habent, licet magis per id quod eſt eius ſubſtantia: ratione idem oſtenditur, ſcire perfectum eſt rem per cauſam cognoſcere: propter quam res eſt, & non contingit aliter ſe habere, ſed eſſe rei ab omnibus cauſis quas habet pendent, licet magis à forma, ergo ſcire perfectum per omnes eius eſt cauſas: Sed cum quod quid eſt ſcitur perfectè ſcitur: ergo cum quod quid eſt ſcitur, omnes tunc cauſas ſcimus, planum igitur eſt, quod quid eſt rei coniunctum ex illis cauſis fluere ex quibus res in eſſe pendet: & quoniam ab omnibus interdum res in eſſe pendet, illius ergo quod quid eſt ab omnibus fluet: omnes enim cauſæ vt Simplicius, ſecundo de anima, eſſe præbent: materia enim cauſa eſt eſſe, quoniam recipit, & ſuſtentat eſſe, forma autem eſt principium, quo res eſſe ſimpliciter habet, agens ob formam inter mediam cauſa eſt eſſe, nam agens formam ex gremio materiæ educens eſſe cauſa eſt: finis & cauſa nobilis eſſe eſt, habet enim ob finem res eſſe perfectum, & nobile. Quare cum ab omnibus cauſis eſſe rei quandoque dependeat, igitur eius quod quid eſt, ab omnibus, illis confluet: ſed quod dubium parit eſt: ſi partes quod quid eſt partes rei ſunt cum cauſæ extra rem rei partes non ſint, non ergo ad quod quid eſt attinere videntur: adhuc quod quid eſt cum ſit rei natura & ſubſtantia non eſt ſeparatum à re cuius eſt: vt ſeptimo diuinæ ſcientiæ Ariſtoteles edocuit: cauſæ autem extra rem cum, ſint ſeparatæ à re, ergo non ad quod quid eſt attinent: Hæc bifariam ſolui poſſunt: prima ſolutio: quòd cauſæ extra rem licet, ad quod quid eſt attineant eorum quorum ſunt: non tamen eo modo quo cauſæ extra rem: hæ enim cauſæ propriæ ſunt quod quid eſt, quoniam partes quod quid eſt: nam cum ipſæ rei partes ſint in exiſtentes: ergo partes quod quid eſt: vt ex regula Ariſtotelis ſeptimo diuinorum patet: vt ſe habet vt ſit pars rei, ita ad quod quid eſt: quare cum rei partes materia & forma ſint, igitur quod quid eſt partes: Iccirco quod quid eſt dicuntur quoniam partes eius: cauſæ extra rem ad quod quid eſt attinere dicuntur, non quoniam partes quod quid eſt, vt materiæ & formæ, ſed quoniã cauſæ quod quid eſt vt materiæ, & formæ, niſi .n. finis agens moueret vt agat, nunquam materia nec forma eſſe reciperent, agens enim à fine motum, ex gremio materiæ formam educit: quare cum materia formam ſuſcipit, ab ea eſſe reci-

Margin notes: Primo. — 1. — 15. & 13. — 3. — Dubium primum. — Secundum. — Solutio primi dubii. — 15.

pit:pariter cum forma in materia agentis ui recipitur esse habet vnde dicuntur
quod quid est, quoniam causæ eius vt materiæ & formæ quæ sunt quod quid
est:ac vti materia & forma entia, & substantia dicuntur, quoniam entis & substan-
tiæ causa, ita extra rem causæ ad quod quid est attinent, quoniam causæ quod
quid est:quomodo Aristotiles & Auerroes asserere videntur substantiam attine-
re aď accidentis quod quid est, quoniam causæ eius:non secus materiæ ad quod
quid est formæ attinet, & vice inuersa, quoniam altera cum sit alterius, causa, est
Secunda so- lutio. Cap.4. etiam quod quid est causa. Altera solutio, quæ ex Aristotile secundo huius col-
ligitur quod quid est bipartitur, alterú quod causam habet, vt id quod ex mate-
ria, & forma fluit, & hoc à re cuius est:neq; loco, & subiecto atq; ratione separa-
tur, vt satis Aristotiles edocuit aduersus Platonem septimo diuinæ philosophiæ:
alterum quod causa caret, vt id quod ex causis extra rem constat:& hoc separatú
est ab eo, cuius est:perfectum tamen ex vtroq; constat, vt satis antea ex Auerroe
Quæ causæ definitionæ explicant. Dısfinitionis consideratio duplex. monstratum est:quare ex his planum euasit quæ causæ quod quid est ingredian-
tur. Ex quibus alterum elucet, quas videlicet causas definitio explicet, nam si de
finitio non nisi quod quid est manifestet:quod quid est autem bifariam considera-
ri potest, & in se, & vt diuersis est rebus coniunctum:à pari definitio bifariam con-
sideratur, & vt definitio est:puta, quo ad ea prædicata quæ ei vt definitio est con
ueniunt, quo modo non nisi quod quid est, quod forma est manifestat: alioquin si
omnium causarum esset declaratiua, omnes igitur res cum definitione non va-
cent, haberent omnes vtiq; causas: Altera definitionis consideratio, est vt rebus
diuersis applicatur:quomodo ex his rebus pendet ex quibus, res cuius definitio
quæritur, pendet: verum quoniam res naturales ex quatuor causis pendent, er-
go & earum definitiones ex quattuor causis pendent, & quicquid de definitio-
ne dicitur, de demonstratione idem sit iuditium:nam demonstratio, vt talis, non
nisi ex forma fluit:si enim demonstrationi, vt demonstratio est:conueniret, vt per
An demon- stratio per omnes cau- sas fluat. Primo. demonstra- tionis consi- deratio du- plex. omnes causas fluat, quælibet demonstratio pari procederet passu, ab vna enim re
duplicatiua ad vnam de omni consequutio tenet, qđ bene norunt Logici: Idem
ex Auerroe haberi potest, qui primo physi. asserit mathematicas. Demonstratio-
nes non nisi ex forma fluere: Altera demonstrationis consideratio est: vt rebus
quibusdam est coniuncta, & ita aliqua ex omnibus causis, aliqua vero nequaquam
fluit:ex his.n.fluit ex quibus res pendet:vti naturales res cú ex quatuor causis pen
40. deant ex his vtiq; causis demonstrationes & diffinitiones perfectæ fient. Id sa-
tis ex Auerroe lucet septimo meth. vbi ait solam formam esse quod quid est: quam
definitio explicat, & quæsitis Logicis quæsito de definitione a demonstratione so-
lo differente situ, asserit definitiones ac demonstrationes perfectas ab omnibus cau
sis fluere: quo loco loquitur de demonstratione & definitione vt sunt instrumen-
Cap.9. ta rebus applicata:& Philosophus secundo huius inquit, qp qđ quid est bipartitur,
42. alterum quod habet causas & monstrari potest, & conclusio demonstrationis di-
citur, alterum quod demonstratione & causa vacat, id quod causam habet Auer-
roes inquit illud esse quod ex materia & forma constat:quod autem causa vacat ex
efficiente & fine. idem ex Aristotelis progressu patet, vt eius exempla nobis
ostendunt: accipit enim Eclipsis definitionem quæ ex materia & forma constat,
quam ex altera, quæ ex agente fluit monstrat vt Eclipsis est priuatio luminis in
luna, priuatio luminis forma, luna subiectum & materia: altera quæ ex agente
fluit, est, quod sit terræ interpositio, & ita argumentatur in quo cunq; tempo-
re

re est terræ interpositio inter solem & lunam est priuatio luminis in luna, sed cum luna est in cauda, aut cap. draconis interpositio est, tunc ergo erit priuatio luminis in luna: Idem exemplo tonitrui manifestum fit, tonitruum est sonus factus in nubibus: sonus forma, nubes materia, & hæc monstratur per eam, quæ ex agente fluit qualis est extinctio ignis in nubibus: quando extinguitur ignis in nubibus, est sonus factus in nubibus: cum tonitruum est extinctio ignis in nubibus fit, ergo & sonus factus in nubibus: Sunt rursus & alia exempla, quibus vtitur, sed satis est

Cap. 11. hæc tantũ retulisse: eodem etiam lib. asserit scire perfectum ex omnibus causis generari, & quòd per earum quamque monstrare contingat, quæ quidem intelligi nequeunt de demonstratione, & definitione in se, sed quatenus rebus applicantur ex quibus alterum clarum euadit, nempe, ea quæ definitioni, vt definitio & demonstrationi, vt demonstratio, conueniunt, per se conueniant: quoniam secundum quod

36. ipsum perse includit primo huius: quæ autem definitionibus & demonstrationibus, vt rebus sunt coniunctæ congruunt ex accidenti, vt infra Auer. testabitur planum igitur fit, ex ostensis, quas causas definitio explicet: super est modo, vt dubium, quod initio quæstionis propositũ est, dissoluamus quod soluentes dicimus, causa quæ forma est, ac medium demõstrationis dicitur aut subiecti causa est, aut affectionis, si secundum æquiuoce demonstratio est: quoniam causam priorem habet: si subiecti, cum non sit causa prior, non vtique æquiuoce demonstratio: Quare vt vnde nostra fluxit oratio, redeat, definitio subiecto cum demonstratione, cum simplici, cum propter quid eadem est: Sed quoniam definitiones tritariam sparguntur: alia enim principium demonstrationis dicitur, cum hac demonstratio eadem subiecto est ob eius principium & medium, alia demonstrationis conclusio dicitur, cum qua demonstratio ob eius quæsitum eadem est: tertia autem est quæ est omnino demonstratio ipsa, solo tamen situ differens: quæ vtrasque definitiones aggregat, & quæ principium, demonstrationisque conclusio est: iccirco cũ hac demonstratio eadem subiecto est, & principii: & quæsiti causa. Verum si tres definitionis maneries sunt, ex quibus quæ earum causis fluit, an vna quæque ex eisdem, an ex diuersis? soluimus ac illud primum accipimus definitionis videlicet distributionem per se, definitioni vt definitio non conuenire nam definitio vt definitio, sicut antea docuimus, non nisi ex forma constat, nullam ergo varietatem eius ratione sortitur: quare definitionis multiplicatio est à definitione petenda, quatenus rebus est applicata quocirca dubium soluitur, si definitio rerum est, quæ causas quatuor habet, eaque ex materia & forma fluit, conclusio est demonstrationis: Nam & hanc cõtingit esse ignotam, atque causam priorem habere, qua demonstrari potest: quare cum duo hæc necessaria sint, vt aliquid monstretur, definitio igitur, quæ ex materia, & forma constat, demonstratur: Sed demonstratur per causas extra rem, vt per agentem & finem, sunt enim huiusmodi causæ, & materiæ & formæ, atque rei causæ: vnde definitio quæ principium demonstrationis est, quæ ex agente fluit, & fine, est: hæc enim quoniam medium & causam, qua monstrari posset, non habet, atque nota est, iure principium demonstrationis dicitur: Sed duobus contingit modis causam aut medium non habere aut quod eius simpliciter medium non sit, aut medio vacat in ea arte, in qua vt principium demonstrationis accipitur, licet in suprema habeat, vti natura principiũ est motus, & quietis, principium cognitionis in rebus naturalibus: in ea medium non habet, quo demonstretur, sed diuinus Philosophus medio non vacat quo demon-

Solutio dubii in principio quæstionis.

Dubium.

Definitioni ut definitio species habere conuenit sed attribuitur applicatur. In naturali philosophia quæ definitio quæ principium demonstrationis quæ eius conclusio.

Bifariam cõtingit definitione quæ sunt principium no habere mediũ.

stretur: vtraque tamen definitio quæ principium est, nota ac manifesta artifici est; altera cuius principium simpliciter non est, ex se nota ac manifesta, altera supponitur atque subiicitur: vt Auer. primo & secundo huius: Ex his quæ definitio sit in naturalibus quæ est demonstratio solo partium ordine differens manifestum euadit: quoniam ea est, quæ omnes causas claudit, quæque perfectissima est definitio, & demonstratio quæ per omnes causas fluit, vtique perfectissima est demonstratio: vt ipse Auer. quæsitis Logicis testatur quæsito octauo: cuius hæc sunt verba. demonstrationes ex quibus educuntur definitiones, quas ipse vocat demonstrationes, &c. Sed ne nos paradoxum proponere videamur Auerrois Authoritate explicata firmabimus, nec non Aristotelis exemplis, quibus in re hac dilucidanda vtitur: Auerroes: secundo huius testatur definitionem quæ monstratur ex materia & forma constare: sed definitio quæ demonstratur, conclusio demonstrationis est: ergo definitio demonstrationis conclusio ex materia & forma constat: quæ autem monstrat ait, quod ex agente & fine constituatur, sed quæ monstrat principium est demonstrationis definitio ergo demõstrationis principium ea est, quæ ex fine & agente fluit: Idem sæpius Auer. eodem capite testatur, quod & ex Aristotile haberi potest secundo huius, vbi quod quid est, in duas diuidit partes, alterũ quod medio & causa caret, & hoc principium demonstrationis est, cuius & esse, & quid supponitur: Alterum quod causam habet, & demonstrari potest: quod & demonstrationis conclusio dicitur, vt postea eodem cap. cum de trium definitionum speciebus loquitur, declarat: quod autem vtrunque aggregat, ea definitione explicatur quæ solo casu à demonstratione discrepat: vt Auerroes primo huius: cuius nonnullæ partes ex se manifeste sunt, aliæ vero ignotæ & latentes: Idem Aristotelis exemplis, quibus hac rem explanat declaratur: qui secundo huius quomodo definitiones monstrentur exemplis quàm lucidis ostendit, vti de tonitruo monstratur, ea definitio videlicet, sonus factus in nubibus, quæ ex forma & materia fluit: per eam quæ agentem claudit, vt per ignis extinctionem: definitio igitur, quæ principium demonstrationis est, ex agente causa fluit: quæ autem conclusio demonstrationis dicitur ex materia & forma: Idem exemplo Eclipsis liquet, cui duæ asscribuntur definitiones, altera quæ per formam & materiam conflatur, vt quod sit luminis priuatio in luna, altera quæ ex agente causa, quæ est terræ Interpositio inter solem & lunam: Idem Aristotelis epilogus in calce noni capitis: ostendit: constat itaque quæ sit definitio quæ sit demonstrationis principium & conclusio, atque ipsa demonstratio solo casu differens: in rebus quæ sensibiles sunt: Definitio autem quæ rebus, à primo Philosopho, applicatis consideratur has tres sortitur species & eodem vna quæque earum modo ex causis fluit, vti quæ in naturalibus sunt id ex eo patet quoniam eædem sunt causæ, demonstrationes, definitionesque pariter & res consideratæ in vtraque scientia, licet considerandi modus sit secretus naturales enim res quæ subiectum primæ philosophiæ sunt, vt lib. diuinæ scientiæ hoc docuimus anno, quatenus existunt, & entia sunt considerantur: quare eodem modo considerandi, earum principia, & causæ considerantur, vt sunt earum principia vt entia sunt: nam subiecti & causatum idem est considerandi modus, quod plane Philosophus. 11. methaphy. secundum Alexandri partitionem contexitu: it fatetur: iccirco tres definitionis species in diuinis reperiũtur: quæ ex eisdem causis fluunt, vti naturales definitiones: definitiones autem methematicæ vnius sunt rationis, & nullam sortiuntur diuersitatẽ: nam mathematica ex quatuor

64. & 46. Quæ est definitio quæ est demonstratio.

47.

Cap. 9. 11.

64.

41.

demõstrationis & definitionis diuina ex eisdem causis, ex quibus rebus fluunt.

7.

Mathematicus species sunt definitionis. Primo.

causis

causis non nisi formam contemplatur, vt primo physico. si n. quo quo modo in eis materia reperiatur, illa non vera materia, sed secundum proportionem & analogiam, vt secundo huius testatur Auerroes: efficiente vero carent, quoniam agens secundo physi. & quinto Diuinorum principium est vnde motus, mathematica autem à motu abstrahit, quare & ab agente causa quoq; abstrahit: nec finis in ea est, quoniam neq; bonũ vt tertio meth. iccirco omnes definitiones ex forma constãt, cuius ratione varietatem non sortiuntur: ex quibus id sequitur quod antea docuimus definitionibus vt definitiones per se species habere non conuenit: nam quod rei per se competit, vbicunq; reperitur semper conuenit, vti si homini per se animal rationale conueniat, semper & vbiq; competet: qua propter mathematicæ definitiones cũ p se definitiones sint eam quoq; distributionem sortirentur, quo circa definitionis, vt rebus applicatur sunt, illæ species: sed vt ad rem nostram redeamus, definitio, & vt definitio est, atq; vt species habet subiecto à demonstratione simplici & causæ solum non distinguitur, & quamuis subiecto à demonstratione non secernatur, ratione tamen non est eadem: Sed quæ ratio hæc sit diuersa non patet: proinde quo se res modo habeat explicemus oportet: sæpe quidem declarauimus definitionem, & vt definitio est, posse considerari, & vt rebus applicatur, quo quidem modo species sortitur: Ideo quæ definitionis, vt definitio, ratio diuersa sit prius aperiemus: definitio, enim vt talis, sicuti primo Topicorum & secundo huius liquido constat, eius ratio est vt quod quid est, & substantiã manifestet: nam cum quatuor sint quæsita quod quid quæsitum nõ nisi definitione explicatur, cætera autem demonstratione enucleantur: quare definitiones, vt definitio, ratio est, vt quid, & rei substantiã manifestet: quod demonstratio vtiq; non facit, nam licet quod quid est demonstratione interdum sciatur, puta, cum latet, non ideo tamen, vt quod quid, quoniam tãtum accidentia declarat demõstratio: quod 2. huius philosophus dixit: monstrat autẽ quod quid absolutẽ, vt videlicet quoddam est prædicatum subiecto conueniens ex secundo huius per philosophum & Auerroem: sola enim definitione quid, vt quid explicatur, quare licet definitio, vt definitio, cum demonstratione, vt demonstratio, subiecto eadem sit, non tamen ratione: definitio etiam vt species sortitur ratione à demonstratione seiungitur, & vt ab ea, quæ principium est demonstrationis exordiamur, hæc vt demonstrationis principium tãtum manifestat, prædicatum subiecto inesse, & causam cur insit: vti animal rationale, definitio, vt demonstrationis principium, quòd risibile homini insit, & cur insit manifestat, vt autem definitio est, quid manifestat, ea etiam definitio quæ conclusio demonstrationis est: a demonstrationis conclusione ratione etiã seiungitur: antequam demonstretur ignota naturaliter est, demonstratur autem non, vt definitio quoniam tunc quod in principio est peteretur, sed absolutè vt secundo huius liquet: nec tamen credendum est definitionem posse concludi & mõstrari, nam ipsa cum instrumentum sciendi sit, concludi non potest sed prædicatũ quod definitione explicatur, demonstratione absolute concluditur: est enim prædicatum, quod definitione aperitur qđ quid est, vt ex definitionis ratione patet: dicitur enim sermo explicans quod quid est: hoc autem prædicatum quod quod quid est dicitur demonstratione tãtum concluditur, quod rei insit, non tamẽ mõstratur quòd rei sit quid & substantia, sic enim definitione: explicatur & hoc est illud ab Auerroe sæpe testatum, demonstratione definitiones mostrari in potẽtia: quoniam prædicata quæ definitione explicantur, in esse demonstratio declarat,

Marginalia: 49. — 27, & 40. — 5. — Quo pacto definitio a demonstratione rõne seiungatur, aperitur. — Cap. 4. 2 & 3. — Cap. 2. & 3. — 20. & 42. — Demonstratio ratione a definitionis speciebus separatur. — 42. definitio de mõne cõcluditur, sed eius prædicatum absolute.

quæsi ut rei substantia sunt, spectentur definitione aperiuntur: quare definitio, quæ demonstrationis conclusio ignota naturaliter, & demonstrari dicitur, quoniam prædicata quæ hac definitione fiunt manifesta, & quòd insint, & quur insint demonstratione, cōcluduntur: demōstratio enim non nisi naturaliter ignota quæsita manifestat, vt secundo huius: quocirca si prædicata quæ hac definitionis specie manifestātur, demonstrentur, ignota igitur naturaliter ex quibus claret, quo nā modo hæc definitionis species à demonstrationis quæsito & demonstratione seiungantur: sed si definitio demonstrationis conclusio demonstratione concluditur, cum demonstrationis species tres sint, qua nam demonstrationis manerie quæso demonstratur: Huic dubio Auerroes facit satis Epith. Logicis cap. de demōstratione: asseuerans definitiones dupliciter considerari: aliæ enim substātiæ sunt, aliæ vero accidentium: si accidentium erunt, definitiones simplici monstrantur demonstratione; & per alteram definitionem quæ principium est demonstrationis: & quæ nota est, quòd insit, vti de lunę Eclipsi patet de qua altera definitio quę ignota est, atq; quòd insit latet, ex altera monstratur, vt priuatio luminis lunæ de Eclipsi monstratur ob terræ obiectum. Idem loci exemplo ostenditur, de quo definitio ignota per alteram, qua inesse perspicuum est demonstratur, vt quòd locus sit vltimum corporis, quoniam ambiens est corpus: ita arguendo, quod corpus ambit, vltimum est corporis, locus corpus ambit ergo vltimum corporis locus est, quare cum accidentium definitiones latent demonstratione simplici monstrantur, cuius medium altera est definitio, qua manifestum est quòd insit, si autem substantiæ definitio fuerit, hæc euidentia, & signi demonstratione ostenditur, præbet huius rei causam Auerroes: quoniā eius non priores aut notiores causæ sunt, sed quod Auerroes inquit dubium parit, nam antea ostēsum est eodem authore: definitiones rebus applicatas fluere ex omnibus causis, ex quibus res pendet: quocirca cum naturales res ex quatuor causis pendeant definitiones earum, quæ ex materia & forma constant ex agente & fine monstrari possunt: vti ex fine hominem rationale esse animal monstrari probe potest, sic arguendo: illud animal cuius finis vltimus est animæ rationalis operatio, secundum virtutes, in vita perfecta rationale animal est homo autem huiusmodi animal est, cuius est hic finis, ergo animal rationale: sed solutio in promptu est: quoniam Auer. de substantiæ definitione sermonem habet, quæ vtiq; perfecta est; quæq; est, quæ omnes aggregat causas, ex quibus pendet res: qua propter hæc demonstratione simplici monstrari nequit: sed hæc solutio non est vera: à pari enim, perfectæ accidentium definitiones demōstratione simplici ostendi nequeunt, quandoquidem omnes eas, ex quibus accidēs pendet aggregat: vera igitur solutio est, quoniam loquitur de definitione substantiæ, vt substantia modo non omnis substantiæ sunt quatuor causæ: Imodo nec tres aut duæ sed vna tantum, vt forma, vti substantiæ separatæ, causa quæ forma est eis est. vnde Aue. septimo metha. & tertio de anima, inquit quod quid est quod definitione explicatur idem esse cum ipsis, secus autem in conceptis substantiis cū materia, quare substantiæ, vt substantia, cum vnica causa sit, eius quodquid est & definitio non nisi ex forma fluit. ergo si hæc ignota fuerit rei inesse, cuius est definitio, non potest demonstratione simplici demonstrari, quoniam hæc ipsa causis prioribus, & notioribus vacat: definitiones vero accidentium, quatenus accidentia sunt, ex pluribus fluunt causis, quandoquidem accidens, & inhærentiam eius formam, atq; substantiam eius subiectum, & materiam causasq; substātiæ in eius perfecta

Primo.

Dubium.

Solutio.

Definitionis consideratio duplices.

Instantia.

Solutio. 1.

Arguitur solutio,

Solutio. 2. & propria.

42.

90.

24. 25. 26. fecta, ratione includit: quare accidentis definitio, quæ ex forma accidentis, & subiecto eius fluit monstrari potest ex principiis substantiæ, quæ etiam causæ accidentium sunt, vti. 12. diuinæ scientiæ Arist. fecisse inspicimus: Definitio aūt, quæ à demonstratione solo seiungitur situ, quā ex Auer. antea docuimus esse ex vtraq; definitione aggregatam vti ex ea quæ est principium, & quæ demonstrationis cōclusio dicitur, vt idem Auer. testatur Epith. Logicis cap. de demonstratione, & si subiecto cum demonstratione eadem sit, ratione tamen altera est: si quidem forma, positione, ac fine seiungitur: Distinguuntur forma quoniam demonstrationis forma est sua compositio, quæ est præmissarum inter se, nihil enim aliud est compositio forma in demonstratione, nisi ordo, & terminorum situs, atq; propositionū in modo & in figura: quod ex Auer. patet secundo huius demonstrationem separante à definitione, & asserente differre per formam: quæ compositio est, quam ait esse orationem enunciatiuam syllogisticam: quæ priorum lib. dicta fuit: definitionis autem forma est eius compositio, quæ aliud non est nisi ordo, & situs partium definitionis inter se vt generis, & differentiæ vt quod genus, in definitione quod materiam refert, differentiæ præferatur, vt differentia quæ formam refert postponatur, vt Auer. cap. de demonstratione testatur: Positione etiam partium differunt, nam contraria est partium positura in demonstratione, & definitione definitio enim, quæ demonstrationis principium & medium est, in demonstratione præponitur, definitio autem quæ demonstrationis conclusio in demonstratione post ponitur: in definitione autem quę demonstrationis conclusio præfertur, quæ autem principium post ponitur: vti priuatio luminis in luna, definitio quæ demonstrationis conclusio in definitione præfertur: terræ autem interpositio: demonstrationis principium post ponitur: si quis enim Eclipsim definiat perfecta definitione ita has constituet definitiones Eclipsis est priuatio luminis in luna ob terræ obiectum: in demonstratione autem contraria ordinantur positura. Ita enim demonstratio orditur; quando est terræ interpositio, est priuatio luminis in luna, sed cum Eclipsis est: terræ interpositio est: ergo cum Eclipsis est, priuatio luminis in luna est: Sed si definitionis prima pars genus est, secunda autem differentia, fieret vtiq; vt definitio quæ demonstrationis conclusio est, genus esset in definitione perfecta, quæ autem principium demonstrationis differentia, quare definitio, quæ demonstrationis conclusio, demonstrari non posset, quoniam genus prædicatum demonstratiuum non est: vt Auerroes primo huius, & quæsito primo Logico:

41. & 39. Auerroes satis perplexus videtur nam cap. de demonstratione fatetur definitionem quæ demonstrationis conclusio, quæ in definitione præfertur esse definitionis genus, quæ autem demonstrationis principium esse differentiam, sed verba eius sano sunt percipienda modo: quoniam rationi non consona simpliciter prolata videntur: sed nisi fallamur, credimus velle dicere non esse vere genus, sed generi proportionari nam vti genus in definitione præfertur, ita cum definitio demonstrationis conclusio in definitione præferatur, generi consimilis est: non enim vere est genus quoniam genus cum re cuius est genus non conuertitur, tum quoniam demonstrari nequit, de re cuius est genus, huiusmodi autem definitio cum conuertatur & demonstrari queat, non igitur vere genus: fine etiam distinguuntur nam demonstrationis finis scientia est demonstratiua, vt primo priorum statum in principio patet

Definitio q̄ est demōstratio sola positione a demonstratione trifariam separatur. 7. & 45.

Dubium.

Solutio.

definitionis vero definitiua scientiã, differunt igitur forma, positurã & fine. His itaq; sic stabilitis argumenta in oppositum: suadentia, euertere non inutile erit:

Soluitur ratio ꝑpositæ primæ q̃stionis. Atq; id, quod ex primo, priorum obiicitur facile dissoluitur: illud enim totius libri posterio. prohemium non est: Sed tantum commune libro priorum, & primo post. ob eam causam quæ vterq; liber ob subiectum vnus est, vt antea ostédimus: & proinde prohemium quod propositum appellatur, vtriq; commune præmisit.

Solutio secũdæ rationis. At quod nobis iterum ex cap. 4. obiiciunt, obstare minime ostendam: nam ideo demonstrationis, & non definitionis meminit, quoniam demonstratione conferebat syllogismi cognitio: erat.n. demonstrationis forma syllogismus, atq; genus: & cum definitionis cognitioni minime conferebat, hac de re mentionẽ nullã fecit:

Solutio tertiæ primæ. quod deinceps ex Arist. post. 2. colligunt, neutiquam eorum fauet opinioni & hoc vel inde patefit, nã Epilogans non semper ea omnino fert, quæ antea discussa sunt, atq; disputata: sed interdum quæ procul aperta fuere: quod ex Arist. 2. poster. planum fit: qui cum omnes causas demonstrari ostendisset, à cap. 10. vsq; ad. 14. exclusiue: docuit rursus idem Epilogo colligens. 14. non quæ de causis disputarat, sed quæ ante illam speculationem: declararat de definitione, atq; ea cum his coniunxit, quæ sequebantur his verbis: quomodo igitur quod quid est sit, in definitione assignatum est: & quomodo demonstratio sit, atq; definitio ipsius, aut nõ dictum est prius: quomodo ergo oportet venari prædicata in eo quod quid est nũc dicamus. Ex quibus patet non semper Epilogo ea colligi, quæ proxime dicta sunt, sed quæ procul aperta fuere, vt ea sequentibus coniungamus: Sic igitur Arist. volẽs ibi Topicam artem libro de demonstratione connectere siquidem ars illa nullã habebat affinitatem cum definitione, sed tantum cum demonstratione, est.n. Topicus syllogismus, veluti demonstratio, species syllogismi: quocirca summatim Arist. collegit, non quæ proxime de definitione dicta fuerunt, sed quæ de demõne dispu

Secunda solutio. tauerat: veluti. 14. fecit, vbi de causis non epilogauit: vel non meminit definitionis in eo Epilogo: quandoquidem, vt primo Rethorices Arist. testatur prohemiũ, & Epilogi orationis partes per se non sunt, sed præter rem: quare non omnia in

Solutio quartæ. prohemiis atq; Epilogis præponi oportet: & ideo si Epilogo Arist. definitionem non collegit, non vtiq; inferre licet de ea non disseruisse, cum præsertim ea in Epilogo colligi consueuerint, quæ sequentibus annectuntur, quæ demum nobis ex Auerroe obtrudunt facile ruunt: fatemur enim vniuersa, tum in parte communi, tum etiam propria Logices parte: ad librum de demonstratione referri, non tamen ad demonstrationem. refert enim plurimum hoc, nam falsum est vniuersa considerari propter demonstrationem: nam teste Auerroe secundo poster. definitio, vt instrumentum faciens scire quid ad demonstrationem non refertur, sed ordine potius inuerso: vt antea ostendimus: ad librum tamen demonstrationis bene referuntur: inscribitur enim vterq; liber & primus & secundus, de demonstratione, vt denotiori instrumento: ipsa enim demonstratio absq; controuersia instrumentum est, quod scientiam parit: per eam quidem omnia disci videntur, quæ dubia essent: cum definitio omnibus non videbatur instrumentum faciens scire: & proinde initio secundi libri numerum quæsitorum proposuit: hoc ideo quia hic ipse sciendi modus commode intelligi nõ posset: nisi prius addiscerimus, nunquid ea omnia, quæ quæruntur de demonstratione, sciãtur: Id.n. nobis notum fieri non potest, nisi cognitum eorum numerum haberemus: quapropter quæsitorũ numerum tradere voluit: cumq; demum declarasset, quod quæsita omnia medium

quærebatur,

quærebatur, quæsiuit deinceps, num ne quæsita illa, quæ medium quærunt, quod est demonstratio, sint an aliud medium præter demonstrationem: sed quoniam dubium non erat, quæsita illa si est, quia est, & propter quid, demonstratione sciri, & medium expetere, quod est demonstratio, dubitabatur de ipso quid: Aristotiles itaq; omissis his, super quæ nulla cadebat dubitatio scrutari cæpit, an videlicet ipsum quid medium quærat quod est ipsa, demonstratio, an diuisio, num vero, aliud instrumentum: & ob multa ab ipso commonstrata, constituit demum ipsum quid medium quærere, quod est definitio ex quibus compertum euadit, demonstrationem prospicuum esse instrumentum, non autem definitionem: Inscriptio enim (sicut antea dictum est) e multis pendere quidem potest: quandoquidem sæpe numero inscribantur libri ab accidentibus, quemadmodum de physico auditu, liber de motu: nec itidem necesse est inscriptionem partes omnes comprehendere, vt de lib. Metheorum constat, qui de sublimibus nuncupatur, cum tamen in eo de metallis agatur, quæ in terræ visceribus annascuntur, & de mixtis perfectis: sic etiam nihil obstare videtur, si liber poster. de demonstratione sit inscriptus, vt à notiori instrumento: nec secus dilui potest, buod ex calce secundi posterio. collegerunt, dicentes librum istum de demonstratione cur inscripsit Aristotiles, cum tamen in eo de definitione agat, vt definitio est: rationes autem omnes aliæ, præter eam, quam ex consideratione de causis colligunt, nobis rem minime facescunt, atq; eam ita dissoluimus: nam ibi Philosophus monstrare causas posse ex accidenti docuit, cum enim quidam antea de causis dixerat, ostendens quædam demonstrari, quædam vero nequaquam: poterat quidem quispiam facile existimare, eas causas, quæ demonstrantur non demonstrari, quod maximi fuisset erroris ansa: Proinde vt hunc ipsum diuerteret errorem Philosophus, plenioris cognitionis gratia, quàm ad id, quod illi primo erat propositum, prius aggrederetur, causas omnes demonstrari ante occulos posuit: neq; hoc ab Aristotelis more alienum videntur, cum nonnulla in doctrinis ad bonitatem aliaq; ex accidenti manifestet.

Abramus. *Iam autem diximus in lib. priorum Analyti. quid sit significatum Analysis sed quòd sit resolutio per contrarium, hoc est, resolutio, quæ est contra compositionem.*

Burana. *Dictum autem est in libro de syllogismo, quid significet Analytica, resolutionem uidelicet in contrarium, & diximus item ibidem, quid sit resolutio in contrarium est resolutio contraria compositioni.*

Vellet hic libri inscriptionem nobis infringere, sed quoniam satis, superq; in libro syllogismi: de ea disseruit, tamq; ibi manifestum hic omisit: sed queret quispiam, quæ nam est hæc resolutio, à qua liber nomen sortitur soluit, inquiens eam esse contrariam, naturæ compositioni: Verum eius verba dubium pariunt quo nam loco in lib. syllogismi edocuerit hoc: dicimus illud edocuisse in magnis commentis, quibus nunc non sine magna literarum iactura caremus: nam præter mediam eam commentationem, quam præ manibus habemus, commentaria magna in priora Analytica composuit, & ibi eam edocuit. Sed dignũ sanè speculatione arbitramur, antequam Aue. verba vlterius interpre-

Dubium, & solutio.

Dubium, & solutio.

Quæstio de resolutione.

temur,vt quid resolutio sit,subiiciamus,quo ve etiam modo ab ea liber inscriba-
tur: In quæsiti explicatione,varias interpretum opiniones prius in medium affe
Opinio Alexandri. remus. Alexander quem Burana insequitur, resolutionem trifariam sumpsit: &
primo quando composita in simplicia mathematici resoluunt, altera naturalis, vt
quando in elementa mixtum natura dissoluit:tertia de imperfecto ad perfectum:
à qua librum priorum inscribi asserit,e docet enim syllogismos imperfectos ad per-
Alex. arguitur. fectos reducere: Verum facile hic Alexander argui potest primo quoniam ma-
93. thematica resolutio,vt primo huius claret per Auerr. & Themistium,ea est, quæ
ex fine præcognito primam causam finis,ac rei quæsitæ inuenit:& hæc ea est,qua
omnes scientiæ,omnesq́ artes vtuntur,vt paulo post:explicabitur,quæ conformis
49. est naturæ resolutioni,quoniam ad modum resolutionis naturæ fit: Ad huc si à
fine vnumquodq; denominari iustum est,ex Aristotile secundo de anima finis li-
bri priorum inibi consideratus syllogismus est simpliciter,qui forma demonstratio
nis dicitur,cuius ibi conditiones edocet:cum igitur illas ex præcognitione finis
adinueniat (nam ex definitione syllogismi conditiones,atq; attributa syllogismo-
rum venatur) ergo cum ex præcognitione finis inuestiget media ad finem, atq;
syllogismi simpliciter conditiones (qui quidem cognoscendi modus resolutio est:
cum ex præcognito fine resolutio fit) exquirere opus est: Iccirco ars ideo Ana-
lytica potius dicetur,quàm quoniam syllogismos imperfectos reducere ad perfe-
ctos edoceat,mox reductio syllogismorum resolutio veré appellari non potest:nisi
per methaphorum: Vera etenim resolutio in artibus & scientiis ea est, quæ con-
formis est naturæ resolutioni,quæq; contraria naturæ compositioni: ab Auerroé
consueuit nuncupari:quapropter ab ea facultas aliqua inscribi minime debet, ars
94. enim vnaquęq; atq; scientia naturã imitatur:vnde Auer. secundo huius ait scien-
tiam veram esse, quæ conformis est operationi naturæ:quare resolutio vera, à qua
artes,& scientiæ inscribuntur,ea est,quæ conformis naturæ resolutioni est:non igi-
tur ab ea,quæ secundum allegoriam resolutiio dicitur,priorum liber inscribi po-
Secũda opinio. test. Posteriores duplicem adnotant resolutionem,alteram naturæ, alteram ra-
tionis:prima quidem à posteriori ad prius est:ex effectu ad causam: sic enim na-
tura mixtum dissipat in elementa,quæ in materiam,& formam dissoluit: rationis
resolutio adhuc bipartitur altera quidem speculationis,atq; altera factionis, quæ
speculationis,est à priori ad posterius,à causa ad effectum:qđ ex his ostendũt quo
niam scire resolute, est per causam: scientia ergo speculatiua, quæ est resolutiua,
Cap. 26. est per causam:idem etiam ex Themistio persuadent,qui secundo huius ita reso-
lutionem definit:resolutio est,vera conclusione posita,causas ex quibus est,exequi-
rere:ad huc doctrina resolutiua demonstrationem propter quid habet,quæ à cau
sa ad effectum procedit,vt ex Auerroe colligunt secundo meth. vbi asserit reso-
1. lutionem fieri ad posterius,atq; ibi de rationis resolutione loquitur, quæ in spe-
culatione reperitur:ea autem rationis resolutio,quæ in operatiuis inuenitur à po-
23. steriori ad prius:vt per Auerroem patet septimo meth. nam Artifex finem,ac ef-
fectum,qui est posterior in esse,ponit:& ex eo venatur media,quibus ipsum con-
sequi potest:resolutio igitur,qua artes vtuntur,à posteriori ad prius, atq; ab effe-
ctu ad causam procedit: His iactis fundamentis ac stabilitis artem soluunt
Analyticam ideo vocari:quoniam nõ à resolutione secundũ naturam,& non ab ea
secundum rationem,quæ à posteriori ad prius:fit,quæ in actiuis & factiuis inue-
nitur facultatibus,sed ab ea,quæ in speculatiuis,vt quæ à causa ad effectum fit:eo

quod

quod docet demonstrationem propter quid, quæ est à causa ad effectum: resolutio enim, quæ in speculatione est, non nisi demonstratio causæ est: ergo quoniam Ars hanc edocet, iure Analytica à re considerata nominatur: Verum hi in multos incidunt errores, quandoquidem idem sit resoluendi modus quo operatiue vtuntur, ac speculatiue facultates, & natura, vt qui fit à posteriori effectu ad causam priorem, à qua resolutione tractatus hic inscribitur, est enim eadem cum illa naturæ, non quoniam realis extra animam existens, vt illa naturæ: sed quia ad modum est naturæ: atq; illi conformis: quod tum auth. tum demũ quod maius est, ratione dilucidum euadet: Auerroes sicut ex superioribus patet resolutionem à qua hic liber inscribitur esse ait eam, quæ contraria est compositioni naturæ, qua scientiæ vtuntur speculatiue si primo huius, ipsius verba audiantur resolutio autem naturæ cõpositioni: contraria, vt sensu clarum est: effectus est in causam nã ex causa effectus componitur, igitur hæc resolutio ad modum est naturæ, & non diuersa ab ea: atq; inde primo huius ait resolutionem duobus dici modis primo in res, ex quibus nõ componitur apud naturam, vt dum resoluimus causam in effectum, sicut in demõstratione, quia, quemadmodum dicemus: secundo etiam in res ex quibus apud naturam componitur, vt effectus in causam, quam dicit contrariam compositioni naturæ, quaq; scientiæ mathematicæ vtuntur, atq; hæc vera est resolutio à qua libellum hunc inscribi testatur: Iccirco patet, resolutionem qua scientiæ vtuntur speculatiue, vt mathematicæ, esse eam, quæ conformis est naturæ resolutioni, & à qua liber inscribitur: ibi etiam loci resolutionem definiens, qua mathematicæ vtuntur, & à qua facultas hæc inscribitur inuentionem ait esse causæ primæ ex esse quæsiti: quæsita demonstrationis simpliciter sunt effectus, & accidentia propria: causa prior est causa propria, per se, secundum quod ipsum, vt posita ponatur quæsitum, & remota se moueatur: si igitur ex esse quæsiti inuẽtionẽ causæ primę habemus, ab effectu igitur posteriori ad causam priorem procedimus: Ibidem etiam vocat resolutionem à qua inquisitio hæc inscribitur, pręmissarum inuentionem, si inuentio præmissarum, non vtiq; demonstratio est propter quid, sicut ibi ipse etiã fatetur: quandoquidem demonstratio pręcognitio sit inuenti medii: Quapropter si ex conclusione pręmissę inueniuntur, resolutio à posteriori ad prius erit: & se declarans Auer. ait ex esse conclusionis, pręmissarum esse inferri, ergo resolutio non est demonstratio huiusmodi: quoniam demonstratio ex pręmissarum esse propter quid quęsiti infert: Themistius eis aduersatur, cuius verba non perceperunt: nam definiens resolutionem, à qua liber inscribitur, quaq; scientię vtuntur speculatiue esse ait, quando vera posita conclusione, causas, ex quibus est, exquirimus sed Authore Themistio primo huius, causę pręmissę verę sunt priores inesse, cum igitur secundum ipsum resolutio sit motus à conclusione ad pręmissas, processus erit à posteriori ad prius, & non econuerso: subdit quoq; exquirere pręmissas, hoc autem demonstrare non est: demõstratio enim ex pręmissis inquisitis, & notis ad conclusionem procedit: Adhuc adiicit, ex quibus postea pręmissis fit demonstratio, igitur resolutio non est demonstratio: Pręterea Auer. secundo poster. testatum nobis reliquit tunc temporis scientiam esse veram, cum naturę operi cõformis vtiq; erit: ergo tunc resolutio vera est, quando naturę resolutionem imitatur: At natura effectus in causam deducit & resoluit, ideo fit, vt resolutio vera qua demõstrator vti debet, sit effectus in causam: Idem itidem Auer. quęsito quarto, quod in posteriora inscripsit alienissimus ab eis videtur: vbi scientiam demonstrationis sim-

Arguitur opinio.

93.

93.

Cap. 4.

pliciter asserit eam esse,quæ ad res naturæ se habet vt ars ad artificialia,in qui-bus principium cognitionis est finis operis,& econtra:age iam vltimum in opere & primum cogitatum,est effectus septimo meth.unde resolutio exorditur,quæ ter-
b3: minatur ad causam primo agentē,quæ principium operis est: idem etiam tertio moralium cap.6.ait philosophus ex fine præcognito ea per quæ finis necessario & commode fiat, inueniri quocirca ex his planum fit eandem esse & in speculatiuis ac operatiuis resolutionem, quæ conformis est naturæ, ac ab effectu ad causas & a posteriori ad prius procedit. Nec minus peccant cum resolutionem aiunt esse demonstrationem propter quid, si enim resolutio inuentio causæ est ex qua demonstratio propter quid componitur, qui fiet vt demonstratio causæ sit ipsa resolutio? Themi.etiam resolutionem fatetur quandam per se esse inquisitionem propositionum, ex quibus demonstratio constet: quare si ante demostrationem nō igitur demonstratio: Adhuc primo huius in demonstratione porpositio-
b: nes præcognoscuntur, & minime quæruntur, in resolutione autem econuerso quæruntur, non igitur resolutio demonstratio: primo huius itidem Auc.resolutio-
93: nē p contrariā cōpositioni: naturæ esse quęsitorū in præmissas primas clare fatetur, ex quibus commostrantur quæsita, inueniri præmissas, non igitur demonstratio si enim a quæsitis ad prēmissas resolutio per contrarium est, demonstratio autem a prēmissis ad quæsita: resolutio non erit demonstratio, nec econuerso, præterea primo huius Aristo. ait resolutionem mathematicam qua speculatiuæ utuntur
94. scientiæ, esse Topica faciliorem: cuius rationem reddit nam demonstrator ex conclusione posita vnicam tantum infert prēmissam quoniam una tantum est prę-missa uera immediata, demonstratiua. Topicus uero plures præmissas, cum Topicæ præmissæ plures esse possint, & inuenire vnum longe facilius est quam plura: planum igitur est resolutionem demonstrationem non esse: sed medii demonstrationis inuentionem, itidem patet demonstrationes a præmissis ad conclusionem esse progressum, resolutionem autem a conclusione ad prēmissas claret etiam mathematicam resolutionem naturæ resolutioni esse conformem, nam ex posteriori ad prius fluit sicut Auer.& The.ibidem testantur, cum esse me-
b: x 6. dii inuentionem, inquisitionem fateantur: postremo demonstratio primo Posterio. non quærit, nec medium inuenit, non ergo resolutio est demonstratio quare resolutio medii est inuentio à posteriori ad prius, demonstratio autem medii constitutio cum suo effectu a priori ad posterius: exemplum septimo metha. aliud inuentio artificis quæ est resolutio sui, aliud artificis factio inuentio enim, quæ resolutio sui est, motus intellectionis ab Ari.dicitur, quoniam intellectus ad naturæ modum progreditur a primo fine cognito inuenit causam, ex qua aliam, donec primam in faciendo operandoq; inueniatur, qua inuenta quiescit; Factio est constitutio causarum inuentarum ad vltimum finem, quo fit ut non idem sit demonstratio & resolutio: postremo Auer.uerba secundo meth.non intellexerunt,& vt quæ ibi Auer.asseuerat,pateant, aduertendum apud peripateticos, sicut etiam secundo huius legetur,& apud Auer.in epith.log.definitiones rerum compositione, & diuisione utnantur: nam diuisione hoc modo accipiendo genus primum de definito quod per differentias partitur,& iterum hoc cum altera differētiarū accipitur, sub qua notum vel probatum est esse definitum, & iterum illud diuidere, donec differentia vltima ac forma rei definiendæ propria inueniatur,& totum ex illo diuiso cum illa differētia si cōuertatur erit substantia rei qua defini-

tione

Cap.4. tione explicatur vt primo Topicorum & secundo huius compositione autem hoc
46. modo componendo, quecunque substantialia prædicata de rerum generibus separatis á differentiis, primo & secundo secernantur: à generibus & differentiis communiora, & sic iterum procedendo, usque quo genus proprium, propriaque differentia relinquatur, quæ si conuertatur cum definito totum illud definitio erit rei: ex quibus duo inferuntur alterum quod in motu diuisionis oportet ad vltimam formam
47. deuenire, quæ est differentia vltima ex septimo meth. ad quam nisi peruentum sit abitio erit in infinitum per diuisionem quocirca necessum est vt ad eam per diuisionem perueniamus, quæ si non esset inuenta, neque definitio cum fieri non possit definitio absque vltima differentia ex quibus patet quod nam Auer. eo loco asseueret: ait enim nisi vltima esset forma quibus monstrare voluit statum in causis formalibus, euerteretur motus quo scientiam acquirimus definitionis per dissolutionem, hoc est, per diuisionem diuisione enim ad vltimam formam concurrimus: qua non existente diuisio definitioni: nō confert, sicut in compositione debet & oportet primam formam supponere, vt colligantur prædicata omnia, quæ non colligerentur, nisi primum genus idest prima forma habeatur qua propter si prima tollatur forma, compositionis via tolletur proinde & solutio & error argumenti eorum patet, nam nomine dissolutionis non resolutionem, sed diuisionem, qua superiora in inferiora diuidantur, intelligit: superiora enim in inferiora non diuiduntur quamuis non resoluantur intima enim in superiora bene resoluantur soluitur & tertia, nam scientia demonstratiua proprie resolutiua non dicitur, quia à causa ad effectum, sed á medio resolutione inuento cuius ratio, quoniam effectus sicut esse à sua causa, sic & nomen sortitur: medium enim scientiæ causa est, ergo nomen à medio resolutione inuento: quare hallucinantur fallacia accidentis, scientia de-
Opinio tertia. monstrationis simpliciter est resolutiua, ergo resolutio est à causa Ad effectum: aut dicitur resolutiua scientia, quoniam subiecta docenda sunt resolutione inuenta, vt postea docebimus: Alii demonstrationem, quia resolutionem constituunt nam cum à posteriori ad prius resolutio fiat, cum ita demonstratio, quia procedat resolutio igitur demonstratio erit quia, uerum errant longe nam resolutio medii & præmissarum inuentio est demonstratio autem conclusionis, & quæsiti inquisi-
Cap 6. tio Adhuc vti in arte tertio, moralium, non est, factio effectus & finis resolutio sed eorum, quæ media ad finem inuentio est, ita in scientia, nam ut Auer. quæsito quarto resolutio tam in arte, quàm in scientia est à principio cognitionis ad vltimum cognitionis & principium operis, & primum in esse sed in arte resolutio est ante factionem & principium operis, ita in scientia resolutio ante demostrationem scientiæ, & ut in arte resolutio est principii inuentio operis, ita in scientia est
23. Cap. 6. inuentio principii scientiæ, Adhuc resolutio vt primo huius inuentio est causæ primę esse quæsiti, nec minus etiam septimo diuinorum, & tertio moralium colligitur resolutionem in arte non esse factionem sed ordinatam inuentionē prœterea & si demostrationem concedamus resolutionem esse, non tamen ab ea artis nomen sor-
49. tiri potest si verum fatetur Philosophus, secundo de anima, cum à fine, & nobiliori vnumquodque denominari iustum sit testetur finis autem ac demonstrationis præci-
Opinio propria. pua species demonstratio est causæ, & esse, primoque intenta, sicut interius Auer. docebit: ab hac igitur nomen sortitur, & minime ab ipsa demonstratione quia, infima ac vilissima demonstrationum, vltimoque intenta Proinde ne magis in aliorum placitis referendis ambages insequamur, tempusque idoneum conteramus

Dubium quod instrumentum sit resolutio. docendæ, sunt resolutione inuentæ: sed hic dubium est si demonstrationi medium, ac res docendæ resolutione habentur interdum quod instrumentum resolutio est? Solutio. soluimus quod est syllogismus suppositorius seu hypotheticus, vt ex Themistio haberi potest: qui resolutionem definiens, ait, vera conclusione posita idest supposita: quoniam non vere scita, syllogismus modo, qui ex suppositis proficiscitur, hypotheticus est, quod ex Aristotile planum fieri potest, qui cum resolutione medium, vel res docendas inuenit, vtitur semper hypothetico syllogismo, vt infra contex. nono cum ex fine præcognito, vt ex scire simpliciter, inuestiget conditiones, & regulas simplicis demonstrationis hypothetico syllogismo vtitur, vt ea vox, si, nobis ostendit: Idem habetur
93. ex tertio Ethicorum cap. sexto, & septimo diuinæ scientiæ: quare resolutio instrumentum est, quod hypotheticus syllogismus dicitur, nec tamen est credendum, omnem hypotheticum syllogismum esse resolutionem, sed illum tantum, qui ex notione finis fluit: inde fit cum eiusmodi syllogismus omnino ignota non probet, neque ex omnino notis fluat, sed ex aliqualiter notis, ad aliter nota, quod neque resolutio ex omnino notis ad omnino nota fluat, sed vti hypotheticus syllogismus se habet: est autem hypotheticus syllogismus resolutio, qui per naturam vocatur: vt ex Auerroe in Epith. logi. cap. de syllogismo hypothetico: qui est Topicus manifestans non demonstrans: fluit enim ex præmissa concessa omnibus, aut pluribus, & sapientibus, aut respondenti: & proinde ea voce, si, vtitur in præmissis, quasi supponens si sunt veræ dicitur, autem per naturam hypotheticus quoniam alter est, qui est potentia Cathegoricus, qui est demonstratio, quia, quare resolutio est syllogismus hypotheticus per naturam non potentia Cathegoricus: alioquin esset demonstratio, quia, & antea docuimus fieri non posse, vt resolutio demonstratio quia sit, & ideo Themistius ait vera conclusione posita quoniam supposita & concessa, & non sumpta; patet itaque quod instrumentum resolutio sit, sed
Rationis resolutio bipartitur. opus est vt quid ipsa sit nunc inuestigemus: Verum quoniam rationis resolutio non simpliciter dicitur, proinde quot modis dicatur, subiungendum
93. est: rationis itaque resolutio bipartitur, vt primo posterio. Auerroes: declarat: Altera dissolutio rei in ea ex quibus res apud naturam non componitur: vt cum ex notione eius qui apud naturam non finis, neque effectus, sed causa, vt demonstrationis, quia, medium effectus inuenitur ex finis notione, qui apud nos est finis, non apud naturam, nam ex notione causæ finis demonstrationis, quia, effectum medium inuenimus, quoniam conditiones eius manifestamus, atque docemus: altera est vere resolutio in ea ex quibus res apud naturam componit vt cum effectum in causas dissoluimus, ex quibus apud naturam effectus est: & proinde Auer. eam vocat per contrarium, quia contraria compositioni naturæ, natura enim componit ex causis effectum, & hæc effectum in causas dissoluit, quare est resolutio naturæ non quia extra animam & singularis, sed quoniam naturæ resolutioni conformis est: Intellectus enim in vniuersali resoluendo rerum substantias naturæ modum seruat, & ideo vera resolutio: prima non vera, quo
94. niam naturam minime imitatur, secundo enim huius Auer. vti scientia vera, quæ operi naturæ non est conformis, ita resolutio vera, quæ naturæ resolutioni conformis est, subiicendum etiam est, ex primo huius: qui in demõne simplici præmissæ
1. 9. & 95. sunt causæ primæ, quæsita & conclusio sunt effectus proprii, ex quo infertur quod

resolutio vera cum sit effectus in causas proprias, resolutio quæsiti in præmissas simplicis demonstrationis, est vera resolutio, quoniam naturæ conformis est præmissæ etiam demonstrationis causæ solum: cũ causæ primæ sint, quæsita vero effectus resolutio quæsiti in præmissas demonstrationis propter quid, vera est resolutio, cum naturæ conformis sit, præmissæ autem, signi, demonstrationis quoniam causæ posteriores in esse non veræ scientię causæ, quoniã cognitionis tantũ causę sunt, cum effectus sint, quæsita causæ, quæ priores inesse sunt: Cum ergo conclusio in pręmissas demonstrationis, quia, dissoluitur, resolutio nõ vera resolutio quoniam naturæ non conformis: non enim natura causas in effectus dissoluit, sed ex causis componit effectus dissoluit autem effectus in causas, quibus iactis, difficile non est soluere quod accepimus & id primum probandum accipimus, ab ea videlicet naturæ resolutione, neq; operatiuas, nec speculatiuas facultates resolutiuas vocari: hæc enim extra animam, & singularis, ac sine cognitione est: Nam vt tertio de anima, & septimo diuinorum scribitur, singularia, & quæ extra animã sunt non considerat ars, nec etiam pręsens contemplatio ab ea resolutione Analytica dicitur, quę vera non est, nec eius naturę conformis: cuius causam quidam hãc esse pręsentat, ea enim resolutio quę vtilis non est, ars aliqua non vtitur, hęc modo resolutio ita se habet: si enim huiusmodi resolutio in aliqua fieret arte, non nisi ad alicuius medii demonstratiui inuentionem fieret, quod esse non potest: nam nõ demonstrationis simplicis non causę tãtum, quoniam huius medium effectus notificant, nec rursus medium demonstrationis, quia inuenitur, quoniam illud sensu, vel sensata notione manifestum fit, vt primo poster. Idem confirmant ex secundo priorum omnis ratio, quę quo quo modo est probans ex notioribus rei inueniẽdę proficisci debet, causæ autem ex quibus incipit resolutio hęc primo de physico auditu ignotiores effectu, non igitur vtiles ad effectum medium in demõstratione quia inueniẽdum, Neq; quod alii asserũt, verum est: quod vt plurimum naturales causę ignotiores effectibus sint, ex quibus postea resoluendę possumus ad effectum inuestigãdum proficisci, medium in demonstratione signi; decipiũtur enim, nam cum causa notior effectu, demõstratio quia nõ fit sed simplex, vt primo huius: Adhuc huiusmodi progressus ab esse causę ad effectus inuentionem est demonstratio simplex, & si non demonstratio sit, sed medii inuentio non proficua est: Nam huiusmodi effectus inuentus aut confert ad demonstrãdum esse alterius effectus, quod fieri minime potest: nam primo huius Auer. cum in Themistium inuehitur, prędicatum per accidens, demonstrationem ex accidenti facit, aut confert ad esse, & propter quid causę: quod nec fateri possumus: cum effectus suę causæ propter quid non notificet, sed potius versa vice: nõ igitur proficua effectus inuentio est, per resolutionem causę: Sed aperta mendatia fatentur, antea enim notum fuit, aliud esse medii inuentionem aliudq; eiusdem notionem, quare licet ea resolutio non proficua sit ad medium dignoscendum, inuentioni tamen medii confert: Nõ enim oportet vt vere finem cognoscamus, cum resolutione vtimur sed satis est, vt quid eius pręacceptum habeamus, quod Themistius cum resolutionem definit primo huius, non negat: resolutio est vera conclusione inquit posita causas, ex quibus est exquirere: ait posita quoniam non scita, ex ea inuestigamus causas, ex quibus est: sese etiam eorum fundamenta euertunt, si enim ex fine vere cognito vereq; scito resolutione causas inueniremus, non tantum resolutio non vera inutilis fieret, verum etiam, quę vera dicitur:

Cum

Scientiæ speculatiuæ & operatiuæ a qua resolutione uocãtur resolutiuæ. 9. 53.

Causa quorundam cur a non resolutiõe nõ uera scientia dicatur resolutiua.

93. Cap. 17.

5.

95.

77.

Arguitur cã

Cum resolutiõe utimur non oportet uere finem cognoscere. Cap. 26.

Cum enim ea vtimur ad medium demonstrationis simplicis inuestigandum,cum ex conclusione & quæsito fluat hæc resolutio,ab ignoto igitur ad notum fieret,nā quæsita simplicis demonstrationis primo nobis,& naturæ nota non sunt:nobis cū sensibus non pateant,naturæ quia,effectus quare cum ratio omnis ex notis proficiscatur,resolutio vera non conferret inuentioni medii simplicis demonstrationis: A se etiam ipsis dissentiunt dum alios arguunt,cum interdum causæ naturales effectibus notiores sint,nam si demonstratio simplex ex nobis & naturæ primo notis fiat,ad ea quæ nobis & naturæ ignota sunt,præmissæ autem cum veræ causæ sint,quæsita autem effectus,hæc aūt demōstratio interdum teste Auerroe:cū in naturali scientia fiat ,ergo tunc causæ illæ,ex quibus demonstratio fit simplex,notiores effectibus naturæ erunt,& quamuis ex his satis sit eorum rationibus factū, vt tamen planior res euadat subiiciemus quædam:resolutio medium non est,quo præmissa demonstrationis nota nobis efficiatur:sed resolutio instrumentum est,vt ipsa in Analyticis vtitur philosophus,quo præmissas ipsas inuenimus,hoc est,cōditiones manifestamus quare cum lateant quodam modo conditiones,has ex fine comprehendimus,illū definiēdo,vt Aristo.primo poster.cupiens venari simplicis, demōstrationis præmissas,hoc est,edocere huiusmodi demōstrationis cōditiones, siquidem vt infra Aue.aduersus Auicen.testatur,non edocentur hic nisi regulæ,& demonstrationis conditiones,finem simplicis demonstrationis primo cognouit,vt pote,scire simpliciter,quo præcognito ex illius notione conditiones edocuit,& paulo post ait, si scire est vt posuimus præmissæ simplicis demonstrationis, ex veris,primis immediatis prioribus,notioribus,causisq; conclusionis erunt:quare resolutione non causas demonstrationis comprehendimus,sed causarum demōstrationis conditiones rursus nec finem verè cognoscimus,sed quid sit vel à consensu hominum accipimus,vel quoniam manifestum est:demōstratione autem,nō oportet,vt ipsum notum accipiamus,ex his quod vanæ & mendatiis plenę eorum sint rationes,planum euadit:ea enim resolutione,quæ vera non est artes vtuntur,cum effectus conditiones manifestare quærunt,& talis oratio ex notis fit, non tamen verè & demōstratione scitis,sed quid tātū habetur, quod fons & origo omnis est cognitionis : & licet effectus notiores sint, eos tamen cognoscere non inquirimus, verum tamen eorum conditiones, quæ latent vera igitur causa, ob quam à resolutione non vera ars hæc Analytica dicatur hæc est, quouiam hæc imperfecta est,& non primo intenta nam primus Aristotelis Scopus non est signi demonstrationis conditiones edocere, sed simplicis, quæ præcipua,est species,primo q; intenta demonstratio vero signi imperfectissima,nec primo , est intenta: & proinde ab ea resolutione,quæ eius medio confert,ars hæc resolutiua non vocabitur, Ad idem, artes veræ sunt quæ conformes operi naturæ existunt,quare ea verè Analytica dicetur : quæ naturæ resolutione est conformis : iccirco ab ea resolutiua nuncupabitur, quæ verà & naturæ conformis est:qua scientiæ speculatiuæ, vt plurimum vtuntur scientiæ enim mathematicæ quæ speculatiuæ sunt sexto methaphy.& certiores secundo meth.in modo demonstrandi resoluūt hoc modo: vt Themi. Grammaticus, & Auer. asseuerarunt primo poster. hanc Aue.contrariam naturę compositioni vocauit,composita.n.quę quęsita ac effectus sunt in pręmissas dissoluimus primas dicitur per contrarium compositioni naturę quoniā conformis naturę resolutioni,& contraria eius cōpositioni,ad differentiam alterius resolutionis rationis vt dicebat,quæ nō erat contraria naturę cōpositioni

Opinio propria.

Quid resolutio uera. sed illi conformis, atq; ideo non vera: hæc autem quæ naturæ resolutioni est conformis sic ab Auerr. definitur primo poster. quód sit inuentio primæ causæ ex esse quæsiti, hæc definita resolutio demonstrationis simplicis medio primo disseruit postremo demonstrationis causæ tantum, medio in vtraq; enim demōstratione medium causa prima, vnde nunquam est perfectā est resolutio, nisi causa prima sit inuenta: hoc idem dicit Themi. qua si ad verbum, cū inquit resolutio est vera conclusione posita, causas ex quibus est exquirere, & Grāmaticus eodem in loco ait, resolutionem autem vocant Geometræ inuentionem propositionum per quas illata est vera conclusio, vt si proponeretur nobis vera aliqua cōclusio, q; hoc triāgulus sit, via per quam inuenimus propositiones, ex quibus hoc concluditur resolutio dicitur: accipientes enim sumus prius quæsitum, veluti cōfessum, quoniam sic triāgulus est æquilater, quærimus quæ sint propositiones per quas hoc esse probatur, vt ex ipsis resoluētes inueniamus ipsas, donec ad aliqua confessa perueniamus & principia Geometriæ, quibus verbis cōstat Grammaticum idem quod Auer. & Themistius de resolutione sensisse: patet etiam nō esse opus vere quæsitum scire, sed accipere, & ex hoc causæ eius inueniūtur, hac

Eadem est resolutio q artes & sciētiæ utūtur. Cap. 6. etiam resolutione scientiæ vtūtur, & artes operatiuæ, vt Auer. quæsito quarto in posteriora Author est: cum asserat in vtrisq; principium cognitum esse vltimū in esse, & est effectus, principium in esse & vltimum in cognitione, quod aliud nō est, nisi resolutio effectus in causam, & tertio moralium Philosophus testatur quòd cōclusio probanda eodem modo se habet in artibus, & sciētiis, nam ex fine & posteriori in esse cognito ambæ perquirūt primum in esse, & opere, quasi velit ab effectu ad causam, effectus enim finis causa ad finem, verum in artibus resolutionem vocat consultationem in sciētiis inquisitionem, quam Auer. in paraphrasi vocat per conuersionem, vult autem dicere per contrarium, sed vitium est trāslatoris,

2 Cap. 2. causa est, nam sexto diuinorum, & sexto moralium artes praticæ sunt de rebus quæ à nobis fiunt, de quibus vt tertio Ethicorum scribitur, est consilium, speculatiuæ sunt de rebus necessariis, quæ aliter se habere non possunt, quarum cōsilium non est, & proinde in eis consultationem nō vocat resolutionem, sed inquisitionem &

23. septimo primæ philosophiæ asserit Artificem in intellectione ita proficisci, nā ex effectu cognito causam primam in opere perquirit qua inuēta completa est resolutio, quare constat quod eadem Analeiys est, vt ea quæ naturæ conformis est, qua artes, & scientiæ vtuntur, à qua ars hæc nomē sortitur, vt Auer. asseuerat, asserens ab ea inscribi, quę est per contratium, & se exponens particula. 93. ait, quo

Quo motu in opatiuis, sit risolutio. niam ex fine cognito pręmissarum attributa dignoscit, ars dicitur Analytica, sed vt plana omnia fiant, enarrare oportet, quò nam modo in operatiuis, & scientiis eiusmodi resolutio fiat, postremo quomodo præsens contemplatio illa vtatur sed

Cap. 7. quò nam modo in operatiuis se resolutio habeat, ex Aristotile colligitur, qui tertio

23. Ethicorum & septimo metha. artifex ait primo inuenit finem, & opus quod intendit, & hoc nouit, sicq; ex fine præcognito est proficisci quo posito, præcognitoq;, ea inquirit, per quæ facillime, optime, ac ordinate agendo illud cōsequatur opus, quibus inuentis resolutio est completa: vt cum primum inuentum est, per quod opus perfecte consequatur, quod exemplum Philosophi clare denuntiat, Medicus inquit ponit finem pręcognitū, quē in causas resoluit, ex quibus finis fieri possit hoc modo, si sanitas est acquirenda, hummorum æquatio habenda sed si hæc superfluus calor abiiciendus, si hic sanguis superfluus qui si remouendus est, vena venit

secanda,

secanda, ita semper posteriora in priora resoluit, donec ea inueniat per quę vltimo inuenta rem primo cognitam videlicet sanitatem, consequatur: qua inuenta facta est dissolutio, deinde nō amplius dissoluit, sed opus aggreditur, ordinatim per causas, eo quidem ordine quo illas ad inuenit, donec effectum compleat. Quare, quomodo resolutio in artibus fiat, planum ex his euadit: Pari etiam modo in speculatiuis proportione quadam fit: vt Themistius Auerroes & Grammaticus asseuerant: nam vera conclusione posita videlicet effectu posito: conclusio enim effectus est in demōstratione simplici, vera ergo conclusione posita .i. effectu posito, dicit posito, quoniam non scitur certe per demonstrationem: adiecit, vera, quoniam infra vt cap. 6. demonstratio non nisi vera scire facit, conclusio est finis propositus: in hoc enim motu ipsam præcipuè intēdimus videlicet, scire quocirca ipsa quidē prima est in resolutione speculatiua, quæ est præuisa & posita: secundo ex ea inquirimus causam primam, per quam perfectè & exactè scimus effectum & conclusionem: vti artes primam causam inquirebāt, per quam effectum producebāt: prima autē inuentā causa, resolutio desinit, deinde ex inuētis causis, cōclusionem cognoscimus,
Cap. 11. & 99. qui motus demonstratio dicitur, & secundo & primo poster. vocat Auer. resolutionem inuentionem causarum primarum, ex præmissa prima causa prima, à fine enim
49. rectè inscriptio fit, vt secūdo de anima, causa enim prima in tali resolutione intēditur, vtpote, eius inuentio, & ideo Philosophus primo huius vocat terminum ac
59. finem eiusmodi istitutionis ad quem vltimo peruenimus, causam primam & vniuersalem videlicet essentialem qua inuenta resolutio desinit, & ex ea compositio exorditur causæ ad effectum, quæ aliud non est, nisi demonstratio, quam scientia consequitur vti in artibus ostendimus, inuēta quidem causa, ob quam primo producitur effectus, desinit intellectio, siue resolutio, & rei ꝓductio exorditur per causam primo inuentam, quam effectus productio, & esse rei, consequebatur eodem etiam modo per proportionem operatiuæ, & speculatiuæ resoluunt, quod Aristotelis
Cap. 39. testimonio, lustrari potest, qui primo huius docet huiusmodi resolutionem, qua perfectè ac simpliciter demonstrantes resoluunt, à posteriori ad prius, cum asserat esse causæ & propter quid inquisitionem, & causæ post causam donec non sit alia præter inuentam quę in quantum talis sit causę, & propter quid, hanc statuit finem, & terminum, quo vt pateat resolutionem inquisitionem esse causę primę & vltimę, quam Philosophus vocabat, quę priorem non habet inquantum ipsa, quoniam ipsa prima est in esse, quibus etiam verbis patet resolutionem finiri ad huiusmodi causam, atq; demonstrationem non esse, patet etiam ordo, quoniam posterioris, vt effectus ad causam, quę prior in esse est: demonstratio tali inuento haberi perfectam scientiam, patet rursus resolutionem esse medii inuētionem, atq; aliud longe esse demonstrationem à resolutione, dicit enim ex fine resolutionem fieri, ex fine autem resolutionis demōstrationem, quod exemplo, quod attulit patet: inquirit scire causam per quam sortes venit, vt argētum acciperet, nunquid hoc vt reddat debitum, & vt faciat quod debet, & iuste in qua inuenta vltima causa, resolutio cessat, & demōstratio incipit, ex qua sciētia habetur: Ex his itaq; compertū habemus quid resolutio, & ꝙ eadē artes & sciētię vtātur: Illud iam super est explicare, quo nam modo facultas hęc Analytica dicatur: Posteriores Philosophi quibusdam prius sumptis rem ita manifestant, primum itaq; effatum est, scientiam effectum esse medii, & tāta ac talis est, quātum, & quale medium per quod scitur, à quo esse sumit, quare & nomen, nam octauo primę philosophię effectus sicut esse

Quomodo hæc ars dicatur Analytica.

Prima opinio.

7.

F. à sua causa sumit, ita & nomē sortitur, primo huius, quare à medio nomē & esse sumit, Secūdū effatum in demōstratione simplici, quæ perfectissima demōstratio est,
93. medium resolutione venari: quod ex Auer. accipiūt primo huius. Tertium à perfectiori fieri inscriptionem postremum id accipiūt quod Aristo. & Auer. testātur initio libri priorum finem vltimum & præcipuum lib. poster. sciētiam esse demōstratiuā: quę simplici demōstratione acquiritur: cuius medium resolutione inuētum est: Ex quibus inscriptionis causam assignāt, quod videlicet ars hæc Analytica inscribatur à fine suo, vt pote, sciētia resolutiua, quæ simplici demōstratione acquiritur, pręcipua inter alias demōstrationū species: per medium resolutione cognitum: probāt hoc duo accipiētes, alterum, vnum quodque recte à pręcipuo inscribitur fine, alterum autem cum huius libri finis primus scientia sit demōstratione simplici acquisita, cuius medium resolutione est cognitum, merito hęc facultas ab eo

Arguitur opinio. dicitur Analytica. Verum hi decipiūtur, & vt ab eorum affatis exordium sumamus, primum quidem concedimus, sed in secundo plurimum hallucinātur: nam demōstrationis simplicis medium nō fit resolutione cognitum, sed sensu, aut
95. inductione sensata, vt primo huius Auer. testatur: Inuenitur enim medium resolutione, vnde, vt antea docuimus, medii inuētio nō est nisi eius conditiones, ex finis notione manifestare, neque eis opitulatur vnumquodque à fine nominari, nam nō ab omni fine fit denominatio, sed ab eo qui in arte consideratur, nō autē ab eo qui extra est artē Alioquin fieret vt actiuæ & practicæ facultates, speculatiuæ dicātur nam vt ex moralibus patet, hæ ipsæ facultates ad speculatiuas referuntur, ad huc eueniret, vt vnaquæque logicę pars Analytica possit appellari, vnaquęque enim ad demonstrationem & demonstratiuam scientiam, simplici demonstratione acquisitam, refertur: Neque etiam postremum effatum omnifariam verum est: quoniā huius tractatus finis extrinsecus non est scientia tantum, demonstratiua sed etiam definitiua: vt postea Auer. docebit, ad huc cum finis huic lib. intrinsecus sit sciēdi instrumentum, videlicet regulas eius manifestare, id autem duplex est demonstratio & definitio, quibus duæ scientiæ, specie diuersæ acquirūtur, vt demōstratiua & diffinitiua finis igitur non tantum scientia demonstratiua sed etiam definitiua est, quæ definitione acquiritur, quo fit vt nō recte Philosophi posteriores sentiant. Quæsiti autem veritas lucida fiet si quæ longiori explicatione à nobis di-

Propria opinio. cta sunt, Epilogo colligamus: nam resolutio inuentio est causæ, & medii ex notione finis, quod idem sonat ac si dicerem, conditiones medii ex fines notione manifestari quare cum tres sint demonstrationis species, & intentio sit cuiusque cōditiones edocere, quæ conditionum doctrina resolutione fit, sed quoniam demonstrationes specie seiunctæ sunt, earū quoque fines diuersi vtique erunt, quare cōditiones cuiusque diuersæ erunt, iccirco resolutio pari passu in eis nunquam inuenietur: Vnde duplex oritur resolutio, altera quæ contraria est naturæ compositioni, ac ipsius resolutioni conformis, quę in demonstratione simplici & propter quid vsui est: hęc quoniam à posteriori ad prius fit vera est resolutio: Altera vera resolutio nō est naturæ resolutioni conformis, sed ipsius compositioni, & proinde non vera, hæc ēt ex finis notione, fluit, verum non verè finis est, nisi in respectu, ac secundum quid, simpliciter vero ac apud naturam non finis, sed medium ad finem est: causa enim est qua in esse effectus producitur, resolutio autem vera, quæ demonstratione simplici, & causæ tantum deseruit, nec eodem modo se habet, nam ad manifestādas medii demōstrationis simplicis cōditiones, finis an sit nobis nō pręcognoscitur, sed eius

quid

quid tantum præconcipimus, in demonstratione autem causæ tantum finis non tantum quo ad quid, sed ꝙ sit prægnoscitur: Id autem facile est uidere nam licet vtriusq; demõstrationis finis effectus sit posterior in esse vt tamen quæsitum demonstrationis simplicis est, & ꝙ sit, & cur sit latet in demonstratione autem causæ tantum, cur sit solũ latet, ex his clarum euadit, cur ars hæc resolutiua inscribatur, nam cum scópus finisq; Philosophi, vt inferius Auer. per Aristotilẽ docebit, sit regulas & normas, demonstrationisq; attributa edocere, quæ cum non nisi resolutione inueniãtur, iure Analytica dicitur, in his .n. regulis inuestigandis non nisi resolutione vtitur: quare quoniã doctrina hæc resolutione tradita est, ideo Analytica inscribitur: Verũ quoniam prima intenta demonstratio est quæ parit simpliciter scire, vt ea demonstratio quę vtrumq; quæsitum vno absoluit examine, cum ipsius conditiones resolutione inuestigentur, hæc etiam vera sit resolutio, quoniam naturæ conformis, merito ab hac præcipua, & primo intẽta spetie Analytica ars vocatur quod ex Auer. & Aristo. progressu corroboratur: nam Auer. inquit libellum hunc Analyticum dici à resolutione, quæ est per contrarium, quod per belle
93. primo huius fatetur quæq; cum vera sit resolutio, & primo simplici deseruiat de-
7. monstrationi ab ea vtiq; denominari par est Ari. etiam progressus Idem ostendit, qui primo huius scire simpliciter, quod demonstratio potissima parit, quid sit primum manifestat, mox ex scire simplicis demonstrationis fine præcognito, ipsius præmissas venatur, hoc est conditiones edocet quod contex nono præstat: si scire est vt posuimus, est ergo necesse præmissas demonstrarionis cum his esse cõditionibus, quarum ibi meminit: non secus etiam secunda huius pars ob eandem met causam Analityca dicitur, quãdoquidẽ ex notione finis definitionis cõditiones manifestãtur: & iccirco Philosophus initio lib. quęstionẽ excitat de quæsito quid definitionis vt eo cognito ex illius natione definitionis conditiones habeat: sed de re hac. 2. huius vberius dicemus. Constat itaq; cur hæc pars Analytica inscribatur Sed

Dubia cõtra opiniones.

in dubium hæc verti solent: nam non tantum resoluere docet Philosophus, sed etiam componere in inquisitione hac, ergo compositorius à compositione posset liber inscribi. Adhuc cum à perfectiori inscriptio fieri soleat, compositio autem resolutione perfectior est enim compositio motus ad esse, resolutio vero ad non esse: à compositione igitur, & non à resolutione inscribetur quorum occasionẽ nacti

Quidã Grãmaticum arguunt.

non nulli Grãmaticũ arguunt, qui in ipso met priorum lib. aditu, causam huius quærens ait, proinde librum priorum Analyticum nuncupari, quoniam resolutio perfectio compositione quod ita manifestat qui scit resoluere, componere non ignorat nõ tamẽ hoc vice fit inuersa: primum patet secundum probat: idiotę enim sciunt componerę, resoluere vero nesciunt signũ igitur est difficiliorem esse resolutionem circa autẽ difficile maior est doctrina vt prohemio Meth. Philosophus testatur, Ideo à magis perfecto lib. hunc asserit inscribi, & quanuis ab eorum argutiis facile Grãmaticus euadat, nam naturalis resolutio motus est ad non esse rationis vero secus: est. n. ad medii inuentionem: falsa tamen est Grãmatici sentẽtia: ea enim quæ ante finem sunt, fine vtiq; ignobiliora sunt, ut primo moralium resolutio autem vel ex iam dictis patet ad compositionem refertur, compositione vtiq; vilior. Nec verũ est quod assumit Grãmaticus, esse facilius componere, quàm constituere & inuenire: cum vulgares contrarium asseuerent: nam facilius est componere, quàm inuenire, quod est resoluere. Ad idem quum duo hæc, habitudinem dicant ergo quod alterum arte scit, id & alterum arte scit. Componere enim arte

Soluitur eorũ ratio contra Grãmaticus.

Arguitur Grãmaticus. Cap. primo.

Cap. 8. est rei inuentæ prius per artem acceptio neq; ob est exemplum: nam primo Elenchorum Philosophi testimonium habeo Idiotæ inquit, syllogizant, sed sine arte. Ita si Idiotæ componunt, hoc sine arte præstant: Nam qui arte componit, eadem arte resoluit, & vice versa, cum relatiua sint. Nec defuerunt, qui asseuerarent, q; & si facultas hæc compositionem doceat, magis resolutiua dicitur, quam compositiua, quoniam resolutionem magis, quàm compositionem edocet, Verũ falsum putant, ac id quod summunt mendatio non caret hanc videlicet artem compositionem docere: hoc enim fieri nequit, non enim compositionem demonstrationis docet, quod ex his planum euadet si enim compositionem edocet, aut demonstrationis aut prædicati cum subiecto prima in lib. priorum habetur, secũda in lib. perhyer. non igitur hic de compositione mentio fit. Idem ex Auer. ostenditur qui in hoc prohemio ait demonstrationis formarum quæ est eius compositio quoniam est præmissarum inter se, doceri in lib. priorum compositio enim demonstrationis forma aliud non est: nisi situs & ordo terminorum & propositionum in figura & modo: quæ lib. priorum aperta fuit. Auer. etiam in hac, præfatione quærit, cur de forma & compositione definitionis diuersum non compilauit tractatum a lib. de materia definitionis vti de forma & compositione demonstrationis lib. priorum fecit: de compositione igitur & ea demonstrationis forma in lib. priore agitur, & nõ hic. Auer. etiam, vti antea patuit, subiectum edocens asseruit de demonstratione solum materiam scrutari, & præmissas veras, de quibus tantum conditiones patefacit, ergo solum materiam & quæ se tenent ex parte materiæ edocet, & compositionem & formam demonstrationis hoc in lib. quod ex progressu exemplo, quo vtitur, lucidum fit: qui docet domus compositionẽ, docet conditiones & regulas quibus rectè situatæ partes, paruæ, vt lapides, & magnę vt paries & tectum, fiat forma domus: ita qui docet præmissas demonstratiuas componere, demonstrationis compositionem docet docẽdo regulas, quibus termini recte positi, & propositiones recte positæ, rectam figuram, & rectum modum, quem recta forma & compositio demonstrationis sequatur: sed nulla mentio, nisi admodum minima in lib. poster. habetur. Non igitur in eo compositio edocetur: secundo etiam poster. Auer. differentiam ponens inter demonstrationem, & definitionem, ait secundum formam esse & declarans quid per formam intelligat, compositionem asserit quæ est oratio enunciatiua syllogistica: Hæc modo demonstrationis compositio atq; forma in lib. priorum habetur: in quæsito de termino ait compositionẽ, formam, quæ in aggregatis, vt in propositione cathegorica, & hypothetica, quæ significatur in cathegorica per verbum in hypothetica per coniunctionem, iuxta illud primi de interpretatione, verbum significat quandam compositionem quæ sine extremis non est intelligenda. Ita in demonstratione quæ est oratio enunciatiua, coniunctiua per illationem, ergo non nisi cõpositio & forma quædam necessaria præmissarum cum conclusione quam significat, quæ lib. priorum, & non hic considerata fuit, & in summa si solum conditiones præmissarum considerantur hic, quæ sunt materia, qui fieri potest vt de compositione agat quæ est forma, quare dubiũ soluitur q; compositus non dicitur quoniam non docet componere, sed quæres cur Ars prior Analytica dicitur, & à qua resolutione inscribitur? Posteriores philosophi asserunt Analyticam appellari non ob aliqua resolutione actu ibi considerata, sed ab ea, à qua liber poster. dicitur resolutorius, id autem pluribus monstrant, ac id primum suadent quoniam nõ docet resoluere: nam primo huius cum resolutio

Secũda opinio.

Arguitur opinio.

Ius ars non doctus.

45.

Propria resolutio, cur ars priori dicitur analytica.

Prima eius ratio.

.93.

altera

altera vera altera non vera sit,ergo aut vera,aut non vera vtitur non secũda.quoniam vt antea docuerunt hoc non est artificiosa nõ prima,quoniam ea tãtum simplici demõstrationi deseruit: Ad huc ille tractatus demõstrationis compositionẽ docet,& nõ resolutionem,quare si Analyticus nõ nisi ab ea resolutione,à qua lib. iste inscribitur: Idem ex Auer. ostendunt, qui in lib.priorum ait dixi se quid sit Analesis percõtrarium,à qua quasi dicit vna vterq; liber Analyticus dicitur:modo si alia ac diuersa esset resolutio vtriusq; lib.sua excusatio nulla foret: nam licet ibi de Analesi quæ ad lib.priorum attinet,dixerit,debuit tamen eam explicare,quæ huic lib.propria est: Ad huc ait resolutionem ibi explicatam esse vnam, vt quæ per contrarium est quare ab vnà & eadem Analesi vterq; inscribitur: signum quoniam ipse met dicit inscripsisse lib. vtrunq; eodem nomine,ergo eadẽ resolutione:sed falsa,& mendatiis scaturiens horum est sententia,si enim resolutiuus diceretur non ab aliqua ibi actu resolutione considerata,sed à scientia demõstratiua,demonstratione simplici acquisita,cuius medium est resolutione inuẽtum, vt à fine igitur,& cæteri Logices lib.Analytici dicerentur,cum eundem habeãt finem:nam ad scientiam demonstratiuam vt ad finem primo intentum referuntur omnes:Præterea antea ostendimus non à fine extrinseco sed intus existẽti,ac actu in arte cõsiderato denominationem fieri si itaq; nulla resolutio in lib.priorum inuestigatur,sed compositio tãtum perquiritur,cũ cõpositio sit finis,compositiuus,& nõ resolutiuus dicetur.Præterea Ars illa appellanda est Analytica quæ ex notione finis,quę ad finem sunt exquirit:est.n.hęc resolutionis ratio: Ars autem prior cum ex notione finis ea quæ sunt ad finem inuestigat,ab ea igitur resolutione ibi actu cõsiderata Analytica dicetur:secũda propositio ex Philosopho patet,qui primo priorum finem,quem primo intendebat,præcognoscit,vt quid syllogismus simpliciter sit:ex cuius cognitione demõstrationis formam inuenit,ac edocuit,vt qui veri,quiq; nõ veri syllogismi qui perfecti & qui non perfecti,quæ omnia non nisi ex finis,vt syllogismi prius habita notione,declarauit;quare,ab illa resolutione ibi considerata inscribetur: Et proinde nostra opinio est q; ars prior Analytica dicatur à resolutione,qua in explicandis formæ,& compositionis demõstrationis cõditionibus vtitur Philosophus:nam docet vt antea diximus:formã demostrationis cõpositionem cuius nos instruit conditiones,& regulas,atq; normas quibus syllogistica forma cõstruitur:nõ.n.syllogismos ac demõstrationes cõponit Ari.eorum nanq; compositione in scientiis vtimur,in Logica aũt tãtum regulæ & cõditiones declarantur,quibus cognitis syllogismos in scientiis construere valeamus, vt Them.& Aue.testantur.Cum huiusmodi cõditiones resolutione explicẽtur,nã ex notione finis illas adinuenit,hæc aũt cum vera sit resolutio iccirco ab eo,qui proprie finis est exorditur, est.n.proprius artis prioris finis forma ipsa syllostica, quæ ex debito ordine ac situ pręmissarum & terminorum causatur cũ ex notione huius finis cõditiones,quibus ipsa componatur inquirat.Quare vera est Analesis cũ naturæ sit cõformis,& ideo per cõtrarium appellatur:hæc quoq; eadem est,non numero,sed specie,cum ea,qua hęc ars vtitur,vtraq;.n.à posteriori ad prius,ac per contrarium est:& naturæ resolutioni conformis sed complures ex nostra sententia oriuntur difficultates,nam si proinde resolutiua ea ars nuncupetur,quoniam ex notione finis quæ sunt ad finem docet,& inuenit,cum quæq; scientia,& ars resolutione hac vtatur,quęq; vtitur ars & scientia Analytica dicetur: omnis enim facultas ex pręcognito fine consideranda in arte exquirit,vt primo physi.patet,

Arguitur opinio.

Opinio propria.

Dubiũ contra opiniones. Primum;

Primo. vbi Aristotelis Scopus est naturales res cognoscere, quę non nisi causis prę- cognitis cognosci possunt proinde concludit prius de causis naturę agen- dum esse, fine ergo pręcognito rem considerandam in lib. de physico audi- tu eligit: Quo fit vt cum hac resolutione vnaquęq; ars vtatur non id in causa sit, cur ars prior dicatur Analytica, quoniam ex pręcognito fine,
2. quę ad illum sunt inuenit: Ad idem si eo lib. Philosophus in secunda sect. docet inuenire medium, cum medii inuentio sit eius resolutio, ab ea igitur parte Analytica inscribetur, & non quoniam ex notione syllogismi
3. conditiones formę inuenit: Insuper liber Topicorum & Elenchorum, vt Auerroes infra & in lib. Epithoma. Logico, non docent nisi regulas &
4. 4. conditiones ac loca ad cognoscendum pręmissas, & medium syllogismi To-
50. & 51. pici atq; Elenchi, quare eadem causa Analytici dicentur Postremo, si via ad inueniendas causas est signi demonstratio, vt primo physi. patet & octauo eiusdem, naturalis enim scientia completur regressu qui per demonstratio- nem, quia, ex effectu causam inuenit, ex causa mox inuenta, cur effectus monstrat: Inuentio ergo causæ per effectum aut non est eius resolutio, aut
Primę solu- tio prima. si est, signi demonstratio, & resolutio coincidunt: sed soluimus hęc obiectat & fatemur vt oratio prima monstrat, interdum artes ex fine consideranda in arte exquirere, non tamen resolutiuam vocari, quoniam cum conside- randa aggrediuntur, non resolutione, verum demonstratione vtuntur vt Phi- losophus primo physi. cum de principiis sermonem aggreditur non resolutio- ne vtitur, sed demonstratione, cum illa explicet: Ars autem prior & poste- rior, quoniam cum regulas & conditiones syllogismi & demonstrationis in- uestigant, tantum resolutione vtuntur, iure resolutiuę vocantur: hæ nanq; ar- tes regulas tantum docent, quibus inuentis syllogismum & demonstrationem
Scda solutio componere valeamus aut dicendum, & si fateamur omnem artem resolutiuam vocari, nil inde absurdi sequi, cum Artes vt antea docuimus, quandoq; re- solutiuæ proinde dicantur, quoniam resolutione consideranda exquirunt: se-
Scdi solutio cunda autem soluitur obiectio: ea enim pars docet quomodo propositionibus & mediis abundemus quod etiam ex notione finis facit: cum enim prima parte quomodo syllogismi generentur sit explicatum, idest quomodo syllogis- mos construere valeamus nam ex notione finis regulæ & conditiones sunt inuenta quibus syllogismi construuntur, mox quomodo abundemus mediis edocet. Quare vtrobiq; resolutione vtitur: & ideo non ab hac tantum par- te ars Analytica dicitur, sed etiam ab alia: neq; tamen inuentio medii syl- logistici est resolutio, nam ibi per medii inuentionem intelligit potentiam constituendi syllogismos potentia autem hæc fit cum propositionibus abun-
Solutio 4. demus, quibus idonei simus omne problema propositum probandi, dissoluitur quarta si quæ antea docuimus colligantur: nam ostendimus aliud esse con- ditiones medii, & aliud arguere per illud medium, item aliud demonstrare cau- sam esse ex effectu, & aliud cognoscere vtrum illa sit causa per se propria, & se- cũdum quod ipsum: primum demonstratio signi facit, secundum resolutio, quæ ex notione finis regulas inuenit, nam non sat est cognoscere causas esse, quod demon stratio signi facit, sed an illa sit effectus causa quę cognitio ex regulis in hoc lib. ex plicatis habetur: quæ resolutio fuit habita, & hæc est illa intellectus negotia- tio, qua in regressu vtimur, quam Latini ignorantes, risu digna protulerunt

sed

Quinti solutio. prima solutio. Argultae solutio. sed de hac re cum de regressu disputabimus, dicemus longius: Aliam ambiguitatem, aliter soluūt, qui librum Topicorum & Eleochorum partem esse Logicæ volunt, nam proinde aiunt non inscribi Analyticum, quoniam ea non est vera resolutio, vera enim resolutio est ex esse quæsiti causas primas inuenire: Cum autem in Topicis non sit, causa prima, non igitur in eis vera resolutio: Sed errant toto cœlo, & Aristoteli aduersantur qui primo huius ait hoc artem Topicam seiungi à mathematicis quoniam in mathematicis resolutio percontrarium, vt exemplaria Auerrois habēt est facilis, Topica vero defficilis, quoniam causa nō est propria, non negat igitur Philosophus quòd non sit vera resolutio vt quæ est percontrarium sed quòd non facilis sit: Adhuc vera resolutio est ex fine præcognito qui ea quæ sunt ad finem inuenire debet: Cum itaq; ex notione Topici syllogismi regulæ eiusdem inueniantur, vera igitur resolutio est. Nec verum est, quòd omnis vera resolutio sit causæ primæ inuentio: fieret enim quòd ea, qua artes vtuntur, & operatiuę facultates non esset vera resolutio, cum causa prima in eis non reperiatur: Sunt enim causæ contingentes, vt primo, & sexto moralium patet quare nos alio soluimus modo, quòd libelli illi Logicæ partes non sint, vt postea monstrabimus: regulæ enim Topici & Elenchi syllogismi ex accidenti explicātur, nam Scopus Philosophi est methodum tradere, qua de omni præposito problemate valeamus ex probabilibus & apparētibus syllogizare, vt inter initia Topicorum patet & non est intentio tradere regulas & normas, quare cum ex accidenti regulæ considerantur & ab eo quod ex accidenti in arte consideratur, nulla fiat denominatio iure & si resolutione regulæ explicentur, non tamen resolutiui vocantur quibus explicatis, rationes in oppositum diluamus oportet, & primum sæpius solutum est, non enim verum est quòd in demōstratione simplici tātum vera resolutio reperiatur, nam in artibus & prudentiis reperitur in quibus nulla causa prima est, quare ea resolutio ibi ab Auerroe definita, est quæ scientię speculatiuæ, vt mathematicę deseruit, quod ex philosopho ibi patet, illa enim speculatiuę vtuntur, vt plane ibi Philosophus testatur, cum discrimen ponit inter Topicam & Mathematicam, & inquit resolutionem in Mathematicis esse facilem, & hanc Auer. definit inquiens esse inuentionem causæ primę ex esse quęsiti: quare resolutio quę ibi definitur, est quæ scientiis deseruit Deletur & altera dubitatio, nam & si eo lib. compositionem doceat, resolutione nihilominus vtitur compositionis enim & formæ syllogisticæ regulas resolutione adinuenit: Nec, minus nobis Auerroes obest, cum de Analesi à qua hęc inscribitur facultas in lib. ptiorum dixisse fatetur non quoniam eadem, vnaq; numero resolutio sit, sed quoniam affines erant, earum enim vnaquæq; vera est, & à posteriori ad prius, atq; ad inuestigandas regulas non parum est vtilis: quare de vtraq; merito locutus est: tū etiam quoniam ille primus Analyticus erat, est enim vtriq; nomen idem: quandoquidem genere resolutio vna sit quæ vera & naturę conformis est.

Solutio secunda & propria.

Solutio rationis suppositus.

Solutio alterius dubitationis.

Abramus. *Tractat enim ille has præmissas secundum numerum suerum specierum, & attributorum, quibus ostensis de illis possent ducere hominem ad ueritatem.*

Burana. *Considerat autem in istis propositionibus numerum ac dispositionum ipsarum, ut eas assequamur, quatenus possunt deducere hominem ad ueritatem:*

Ex duabus partibus demonstrationem cõstrui ostẽdit ex forma de quã in lib. priorũ, & ex materia, de qua inquisitio pręsens est: Nũc duo de materia demõstrationis quę pręmissę verę aggreditur explicare, quarũ alterũ est, quid de pręmissis veris, alterũ quorsum de eis fiat sermo. Duo enim hęc maxime ad lib. cognitionem faciant, & ad intẽtionem perfectam eiusdem percipiẽdam, quid videlicet
179. de subiecto, quod prędicatum considerandũ: nam primo huius, subiectũ est cuius prędicata, & attributa ars considerat, confert etiam secundum, nam tertio mora-
Cap. 6. lium à fine omnis ars facit ac speculatur, causa igitur patet cur duo hæc explicãda aggrediatur: de primo duo inquit consideranda, numerum primum specierum, quot videlicet sint species pręmissę verę ac demonstrationis: Verum enim vero cũ omnis agnitionis fons & origo in sciẽtia ex ipso quod quid est fluat, vt quarto
31. physi. testatur Philosophus: est enim quod quid est subiecti causa omniũ eorũ, quę insunt merito numerũ specierũ declarãs Philosophus, quid earũ vnaquęq; sit, sub-
Dubitatio. dit sed dubium est, si quod quæq; harum sit ostẽditur, cur Auerroes ait numerum
Solutio. tãtum verarum pręmissarum explicare: Nisi esset, vt antea diximus quòd non est opus, ars vt semper quid subiecti, & speciei pręcognoscat, id enim fit cum clarum quid non est, nam tũc ars illud accipit ac supponit sed cum manifestum est, despicitur: quare quoniam illud arti necessarium non erat non abs re omisit: Numerum autem specierum in arte cognoscere oportet quoniam de speciebus in scientiæ partibus habetur sermo: Iccirco Philosophus tantum quid simpl. demõstrationis accipit, cum illud clarum non esset, cęterarum autem demõstrationũ quid,
8. quoniam perspicuum, despicitur, vt primo huius liquet: Verũ dubitabit sic quispiam, quænã inquiens sunt huiusmodi species verę pręmissę? Vti enim primo
Dubiũ & solutio.
85. 85. huius complures sunt species vere præmissę: est enim pręmissa prima, non prima, mediata, non mediata, atq; alia nobis & naturæ nota vt simpl. demonstrationis, alia tantum naturæ nota, præmissæ demonstrationis causæ tantum, alia nobis
85. solum manifesta, vt præmissa demõstrationis signi vti etiam Auerroes primo huius, & in Epith. Log. eo in cap. quòd de demonstratione inscribitur: Insuper præmissæ quædam vniuersales & per se quædam particulares, & per accidens, vt
Cap. 3 9. primo huius. Alterum quod de veris pręmissis manifestat, sunt attributa, & per attributa conditiones necessarias prædicati & subiecti, verarum præmissarum
11. intelligit, videlicet per se de omni & secundũ quod ipsum, quas cõditiones infra vocat attributa; quoniam prædicata per se accidentia subiectis attribuuntur Quorsum autem numerum & attributa de præmissis veris explicet, declarat: & hoc erat secundum quod explicare pollicitus fuerat, & ait quòd causa est, nam cum ita præmissas veras cognouerimus ex eis demonstrationem componere pos-
94. sumus, qua constituta de rebus veritatem consequi valeamus Per veritatem scientiam veram, quæ operi naturæ conformis est intelligit, vti ex ipso secundo huius patet quæ per causam propriam habetur, quæ quidem simplici & causæ tantum demonstratione acquiritur, in aditu enim lib. priorum Philoso-
Cap. 4. phus vtriusq; lib. Scopum & finem scientiam demonstratiuam esse asseuerauit, si quidem vt eodem priorum lib. patet quamuis de syllogismo agatur, ob demonstrationes tamen ipsam, per quam demonstratiuam scientiam possidemus adiecit, perfectior quę à natura humana haberi potest, quoniam humanæ naturę Scopus atq; vltimus hominis finis vt. 10. moralium patet, speculatio est, quę demonstratione & definitione habetur: Ex his discrimen huius partis à cæteris Logicæ

partibus

pirtibus fecernitur, Aliæ nanq; partes, vt Topica, Elencha, rethorica & Poetica quamuis de propriis syllogismis sermonem faciant, non tamen propter hunc finem vt videlicet scientiam veram adipiscamur ex his.

Abramus.

*Et non considerat eas prout sunt una pars entium, sed scrutatur in quantum conducunt hominem ad perfectam assertionem, perfectamq; conceptionem.*

Burana.

*Non considerat autem ipsas quatenus sunt una pars entium, sed eas considerat secundum q deducunt hominem ad uerificationem perfectam, & formationem perfectam.*

Duo ante docuimus in subiecto inueniri rem consideratam, & modum considerandi quare cum primæ partis subiectum sit demõstratió, dixit de demonstratione, seu præmissa vera quæ res erat considerata, considerari numerum & attributa, vt cognitis his perfectam scientiam consequi valeamus: Aggreditur nunc quasdam ambiguitates de modo cõsiderandi persoluere, cuius sermo vt elucescat, id aduertendũ quod demõstrationis præmissæ dupliciter cõsiderari possunt, & ut vna sunt pars entis, & vt instrumentum, seu pars instrumenti, vt eis intermediis perfectam assertionem consequamur, proinde dubiũ occurrit si de præmissis demonstrationis, de que ipsa demonstratione in præsentiarũ sermo habetur, sub quo nam modo considerentur, an vt vna pars entis, an potius, vt instrumentum ducens in scientiam, quæstio enim de considerandi modo opus est, vt ab Artifice cognoscatur: nam vt
179. primo huius dicitur ab eo diuersę artes seiunguntur Ac vnitatẽ suscipiunt: Alpharabius in quæsiti solutione opinabatur præmissas veras vtroq; modo esse in prima huius libri parte considerandas & prout entia sunt ac instrumenta sciendi: Aue. hunc redarguit, atq; eius opinio est hic tantum vt instrumenta sciendi sunt considerari nempe demostrationes, & definitiones vt entia sunt primus Philosophus contemplatur, verum in quæsiti huius solutione ita Auerroes procedit, prius
Aue. opinio quid sentiat refert, mox Alpharabium carpit: eius enim opinio, est q præmissæ veræ eorum quæq; attributa & conditiones contemplantur, non vt vna pars entium sunt, sed vt instrumenta, quibus perfectam assertionem & perfectam conceptionem adipiscatur homo, prima speculatio in prima parte, secunda vero in
Dubium secunda habetur, sed dubitabit quis si in definitione præmissæ ueræ non sunt, & perfecta conceptio nõ nisi, definitione habetur qui igitur fieri potest ut ob pręmissas ueras perfectam conceptionem assequamur hoc dubium paulo post Auer. absoluit, cum ostendet easdem esse conditiones præmissarum demonstrationis, atq; partium definitionis subiecto: & dum taxat ratione distingui, vt nos etiam antea docuimus. Quare sic eius sermo intelligendus erit, si vitio tranlatoris hoc non fiat conditiones præmissarum nõ considerantur vt pars entis, sed ut ob eas scientia demonstratiua vt pręmissarum conditiones sunt, ut autem definitionis & partium definitionis definitiua scientia habeatur quare cum eædem sint conditiones subiecto, utriq; instrumento ad utranq; igitur scientiam conferre possunt, cur autem nomine assertionis uel ut alia habet scriptura uerificationis scientiam demonstratiuam audit, explicare est opus, primo enim huius & secundo etiam huius, & lib. de interpretatione, demonstratio est oratio enunciatiua dicens esse uel non esse, asserendo uel negando & proinde sua scientia assertio uocatur, quoniã cum assertione aut quod insit, ut in affirmationem, aut q non insit, ut puta in negatione.

Cur scientia demonstratiua dicitur assertio.
14. & 5. Cap. 5.

Vocat verificationem, quoniam eius scientia est cum compositione orationis e nunciatiuę in qua verum & falsum inuenitur: & cum demonstratio semper verum concludat iccirco eius scientia verificatio nuncupatur: scientiam autem definitionis
42. 21. conceptionem vocat alibi formationem nam septimo diuinæ scientiæ & tertio de anima in definitione non nisi forma simplex concluditur, cuius est simplex conceptus, sine assertione veri vel falsi quæ in compositione reperiuntur quæque ob verbum, quod prædicatum subiecto copulat, causantur, in definitione autem sola est essentialis compositio sine verbo, vt quæ ex materia & forma continetur & differentia conflatur, id eo alio nomine formationem vocat quoniam simplex intellectio formæ sine assertione & compositione veri & falsi.

Abramus. *At ultimæ differentiæ quibus diuiduntur speties demonstrationum: ex parte suarum materierum, sunt differentiæ quæ in sunt demonstrationibus, in quantum alias res notificant, & conducunt ad illarum assertionem, non differentiæ, quæ eis insunt in quantum sunt unum certum genus entium, prout comperimus fecisse abumazar Alpharabius in suo libro, & proinde perplectuntur uiri nostri temporis, circa tractatum de demonstrationibus ad eo quod putauerint, quod illud quod tradidit Alpharabius defuisset Aristotelis quam, quidem rem perfecte nos declarauimus in quodam peculiari tractatu.*

Burana. *Differentiæ uero ultimæ in quas diuiduntur speties demōstrationum ex parte materiæ sunt differentiæ quæ inueniuntur in demōstrationibus secundū quod faciunt addiscere alia ab ipsis, & sunt utiles ad acquirendam illorum uerificationem: non autem differentiæ quæ ipsis insunt secundū quod sunt unū ex entibus quemadmodum fecit Albumazar in lib. suo, et propterea quæsierunt homines nostri temporis circa speculationem de demōstrationibus, & existimauerunt quod illud quod adduxit Albumazar hoc in loco sit res quam dimisit Aristoteles hoc in loco sed iam nos declarauimus hoc in sermone separato.*

Eius opinionem ratione confirmare aggreditur, quæ ita ordienda venit vti demōstratio & definitio definiuntur, ac de eis attributa explicātur ita considerātur, modus enim definiendi ac demonstrandi, modo considerandi correspondet, vt ante docuimus, conditiones autem quæ demonstrationibus, & definitionibus in ambobus lib. in esse explicantur, sunt quæ eis conueniunt vt instrumenta sciendi, non vt vna entium pars, quare ita considerantur secunda propositio ex Aristotelis progressu prospicua est, nam de omni per se secundum quod ipsum est. Adhuc quod ex veris primis, immediatis, prioribus notioribus causisque conclusionis principia demonstrationis fluant patet iam eis conuenire vt assertionem pariunt. Sed litteram iam percurramus: verum vltimæ differentiæ à quibus definitiones sumuntur
43. septimo diuinorum, quæ differentiæ sunt specificæ, quibus res mutuo separantur, quare differentiæ vltimę demonstrationis sunt quibus species demonstrationum seiunguntur ex parte suarum materierum. Nempe demonstrationem antea docuit quo ad eam partem, quæ materiæ vicem subit considerari, & erat præmissa uera, differentiæ vtique vltimæ & conditiones quæ demonstrationi conueniunt, vt alias res notificant hæc enim est instrumenti ratio, aliud uidelicet manifestare, & notificare, & conditionum ad rerum assertionem, hoc est, ad scientiam, quæ demonstratione acquiritur non sunt differentiæ conditiones & attributa, quę demonstrationi, ac

ni, ac definitioni in sunt, vt sunt certum entium genus, pro vt Alpharabius est opinatus, qui utroque modo considerari confessus est: ut certum entium genus, ac utinstrumenta sciendi, & proinde complures Alpharabii authoritate fuerunt decepti quando credidere Ari. fuisse deminutum, cum materiam demonstrationis & definitionis est speculatus, cum eas tantum ut entium partes sunt non considerauerit. Verum de re hac alibi in quodam peculiari tractatu quē aduersus Alpharabium edidit, dicit orationem habuisse prolixiorem. Sed prius quam cætera Auerroes uerba interpretanda aggrediamur, inquisitione dignum ducimus an Alpharabii opinio recta sit ꝓcēdere: Alpharabius enim uti Aue. asseruit creddidit demostrationes & definitiones vt vnum entis genus hic cōsiderari, cuius sententia à ratione dissentire nequaquam videtur: nam si Philosophus hic vt partes entis sunt demostrationem & definitionem nō cōsideraret, sed illam considerationem primum Philosophum facere asserramus id eueniret, vt mutila esset Philophi doctrina de demonstratione, & definitione, si quidem nullibi in prima philosophia inuenimus de demōstratione, & definitione agere, vt certum sunt genus entis. Adhuc si demonstratio & definitio entia sunt, vt aiunt, secundo intellecta, primus Philosophus hæc a sua consideratione seclusit sed ea tantum entia contemplatur, quæ in re sunt, & non ab opere fiunt intellectus: prima ergo philosophia demonstrationem & definitionem vt entis partes sunt non contemplatur: quare opus est, vt præsentis inquisitionis sint: in solutione quæsiti nonnulli asserunt demonstrationē & definitionem ac vniuersa quæ à logico considerantur trifariam dici, aut vt opere intellectus confecta sunt, quo quidem modo in lib. de anima considerantur, nam vt primo huius primi eadem ars est quæ principium & quod ex principio fluit, considerat: cum itaque mens Talium entium principium & causa sit ea, itaque doctrina, quæ intellectum contemplatur, hæc ipsa entia, vt mentis effectus considerabit secunda horum consideratio est, prout entia sunt, quo modo primus philosophus illas speculatur, siquidem primi philosophi munus est omnia, quatenus entia sunt, contemplari, tertia vt instrumenta sunt aliud notificandi, & ita logicus illa considerat, modus enim proprius eius est, à quo separari logicus non potest organicus est, quare entia vt instrumenta sunt solus considerat logicus. Sed huius modi distributio uera non est, non enim genus, species, demonstratio definitio entia sunt, quæ tantum ab intellectus opere pendent sed sunt entis, vt puta naturæ affinitiones: Vt perbelle Auer. dicit secundo lib. Paraphr. Meth. quod ex Aristotile etiam clarum fieri poterit, qui 4. Meth. genus & species esse entis affectiones, quod primus cōsiderat philosophus, testatur: quare cum huiusmodi ens non sit secundum intellectum ipsius vtique affectiones non vtique entia secundo intellecta. Nisi enim in re natura esset quæ innata esset in pluribus spetie seiunctis reperiri, nunquam enim dicere intellectus, genus id esse quod in pluribus spetie seiunctis reperitur: ab eo enim quod est vel non est, oratio dicitur vera vel falsa: qua propter verum ideo est genus de pluribus prædicari, quoniam natura ita est apta se habere, alioquin Hyppocentauro similia ratio componeret sic etiam de spetie, & cæteris iudicandum: De definitione clare patet septimo meth. vbi illam primsu contemplatur philosophus, vt actis est & potētia, vnum & mutta ergo vt affectio entis, sunt enim actus potentia, vnum & multa entis proprietates: quocirca cum definitio entis sit affectio, illius igitur entium affectio erit quod primus philosophus speculatur, eius modi autem ens est in re existens siquidem entia in ani-

An demostratio & definitio ut una entium pars sunt cōsiderētur an potius ut instrumēta sciendi.

Prima opinio

Cap. 25

Arguitur opinio.

Tertio.

43.

Buran. *Et postea quàm speculatus est de propositionibus & numerauit conditiones suas, tunc iam speculatur de ipsis, secundum quòd sunt definitiones, et in summa, secundum quòd inducunt hominem ad formationem perfectam.*

Cõpleta primę partis intẽtione, secũdæ partis propositũ manifestare aggreditur, atq; hãc priori annectere, & cõiungere: sed vt eius sermo elucescat magis 46. sciendum est q. 2. huius, & in Epith. Logic. eo cap. quod de definitione inscribit, definitionis plures sunt species, siquidem quædam est demõstrationis principium alia demonstrationis conclusio, alia demonstratio solo situ differens dicitur huiusmodi itaq; definitiones bifariã considerari possunt, & vt ad demonstrationẽ referuntur, vti ea quæ principiũ est, puta præmissa demonstrationis, quomodo quod quid nõ declaret, sed idẽ quod demonstratio facit scire: pariter ea quę cõclusio est demonstrationis, vt illius quæsitum & cõclusio & ita definitio considerata fuit in prima huius parte: Altera eius cõsideratio est, vt instrumentũ notificãs quod quid quomodo illam secũda pars contẽplatur, De definitione enim explicãtur in prima parte cõditiones, quę ei cõpetũt, vt aliquid demõstrationis est, vt videlicet principiũ, & quæsitũ demõstrationis, secũda aũt pars definitionis cõditiones scrutatur, quę quidẽ ei cõueniũt vt instrumẽtũ est quod notificãs, ex quibus quo nam modo priori secũda pars annectitur liquido cõstat: nã cũ primo libro expleuerit cõtemplationẽ pręmissarũ & definitionum, quatẽnus demõstrationis principiũ sunt, de numerando conditiones, quibus intermediis definitionis ac pręmissę causæ sunt demõnis, Nũc vt puta in secũda huius parte illasmet pręmissas sub alia cõtẽplatur conditione, in quantum definitiones sunt, & in summa secundum quod perfectam conceptionem pariunt, quasi dicat, considerare illas præmissas, vt instrumenta, q̃bus sciẽtia definitiua acquiritur, q̃bus etiã verbis secundæ partis intẽtio dilucida fit, nẽpe definitiones in secũda cõsiderari parte, nõ vt principiũ & demõnis quæsitũ, sed vt definitiones ac vt instrumẽta sunt, notificãtia quod quid: quo vero ad verba attinet, Buranæ scriptura habet tũc, sed debet poni nunc. In veteri aũt rursus hæc reperiuntur verba (hæc itaq; prima est pars huius libri) quæ mendosa sunt cum illis opus non sit. Et in altera Buranæ non reperiuntur.

Abramus. *Definitiones uero scrutatur hic secundum suas species, & res quæ definitiones constituunt, quoniam non est inuenire rem aliquam in definitionibus, quæ gerat uicem formæ & rei communis, & aliquam rem, quæ gerat uicem materiæ, et rei propriæ, ad quas partiatur tractatus ipsarum in duas partes, ut sunt demonstrationum res quædam cõmunis cunctis artibus, & res alia propria huic arti.*

Buran. *Propterea q; dispositio definitionũ nõ est similis dispositioni syllogismi, quoniã syllogismus habet formã & materiã, definitio aũt formã nõ habet, et propterea ptractauit de ipsa Aristo. p modũ uniuersalis, atq; cõis, postea p modũ appropriatũ, et hæc est pars prima huius libri quæ scribitur in primo tractatu: In definitionibus uero speculabitur primum species, & ea ex quibus consistunt, quoniã in definitionibus nõ est aliquid procedens modo formæ, puta aliquod cõe, nec aliquid procedens modo materiæ, ita ut diuidatur speculatio ipsius duas in partes, quemadmodum fit in demonstrationibus hoc est, ut sit communis omnibus, artibus, & huic arti propria.*

Vt secundę partis intentio magis elucescat, sicut de demonstratione quęsiuit, sic de definitione quęrit si de definitione in secundo habetur sermo, quid nam de ea explicetur manifestat & ait duo, species definitionis, & res ex quibus constituuntur definitiones: species definitionis tres sunt, vti sępius annotauimus: principium & præmissa demonstrationis conclusio, & ea quæ solo situ à demõstratione differt: res quę definitiones constituunt sunt conditiones, quibus definitio constituitur vt sit instrumentum faciens scire quid: huiusmodi conditiones sunt, vt quędam partes priores, puta communiores, alię vero posteriores vt proprię vt secundo huius patet. (Quoniam non est) asseruit in secunda parte considerari conditione definitionis cum eiusmodi conditiones aliæ sint, quę materiam definitionis consequuntur, aliæ vero quæ formam, quis ambigeret, quòd tractatus de definitiones duas habeat partes, in quarum altera de materia definitionis, atque eius conditionibus, in altero autem de forma, & eius conditionibus fiat contemplatio vti demonstratio quoniam ex duplicibus componebatur, puta ex materia, & forma eius consideratio in duos distinctos tractatus partita est: vt in lib. priorum in quo de demonstrationis forma, deque eius conditionibus agitur, & in eum qui de materia qui prima huius lib. parte absoluitur: A pari definitionis consideratio debet bipartiri ita vt altera pars sit quæ de forma definitionis agat, atque altera, quę de materia: Huic dubitationi facit nunc satis Auerroes: & negat similitudinem, liber enim de demonstratione in duas sectus erat partes, in eũ qui de forma, & qui de materia quandoquidem demonstratio has habebat duas partes, in quas opus erat, vt demonstrationis contemplatio diuideretur, quod postea Auer. docebit: Definitio autem non habet duas partes vt formam, & materiam, quę cõquirunt duos diuersos tractatus, adeo vt in altero de forma, in altero vero de materia definitionis agat: verũ huius postea causam assignabit Auer. In exemplari Buranæ habentur ea verba, quæ principio contextus a nobis posita fuerunt: quęque vt nostra fert sententia præter id, quod falsa sunt, & Auerroi aduersantur: quoniã vt paulo post apparebit Auer. fatetur definitionem etiam ex duabus rebus componi vt ex materia & forma: scriptura autem Buranæ hoc prorsus negat, Quare illa Abrami recta est: sunt etiam superflua: Cum in veteri scriptura illa minime reperiantur.

Cap. 18. 19. & 20.

Abramus. *Qui autem putat definitionibus inesse partem uniuersalem & communem, illius moris est proponere tractatui de definitionibus singulis artibus propriis, sicque iam deuius est magno errore, prout inuenimus Alpharabium putasse, & hanc ob rem numerauit Ysagogicon in parte communi Logicæ.*

Burana. *Qui uero existimauit quòd in definitionibus inuenitur pars uniuersalis, & communis cuius speculatio præcedat definitiones appropriatas unicuique arti, is profecto errauit in hoc errore manifesto, quemadmodum existimatur fecisse Abunazar, et propterea enumerauit introductorium in parte communi Logices.*

Alteri dubitationi facit satis Auer. nã licet definitio illis careat duabus partibus quæ distinctos tractatus requirant, habet tamen alia duo in quę eius cõsideratio partiri possit: est enim altera pars, quæ communia definitionibus contemplatur vti est liber Porphirii, in eo enim de genere & differẽtia cõsideratio habet quę

omnibus

Fo. omnibus definitionibus communia sunt: de proprio rursus quod secundo poster cum differentia latet, in definitione locatur: de accidenti, vt a definitione excludatur, vt in quarto methaphy. de specie item, quæ est id quod definitur: quare liber Porphirii de communibus, definitionibus omnibus est. Altera autem pars est de rebus propriis, quare definitionis speculatio duas habet partes: Hæc est dubitatio, quam nũc absoluere Auerroes aggreditur: & hæc fuit Alpharabii opinio, quam vult in præsentiarum Auerroes arguere: & vtitur demõstratione deducẽte ad incommodum. Si definitio haberet partem, quæ communia eius cõsideret ergo ea pars omnibus logicę partibus esset præferẽda: si quidem cõmuniũ
4. & 57. cõtemplatio de propriis speculationi præfertur: vt primo physi. testatur Philosophus, quod quidẽ est absurdum, & proinde Alpharabium errasse opinatur, qui putãs, Porphirii librũ esse de cõmnibus definitionũ illum cæteris Logicæ partibus ꝓposuit: Sed quomodo cõsequtio Auer. locũ habeat, opus est vt aperiamus. Duo .n. instrumẽta sunt, demonstratio, & syllogismus, cum omnibus eius speciebus, quæ
Cap. 5. orationes cõpositæ sunt primo Periher. & definitio quę est simplex faciẽs scire simplicem, formam ex hoc habetur consequutionis dilucidatio: si ergo esset pars, quæ
Primum dubium. de communibus definitioni cõtẽplatur, illa igitur simplicora essent, quæ ordine doctrinæ pręferuntur. Per propria definitionis intẽdit secũdum librum poste.
An lib. Porphirii sit dubia. quoniam cõditiones proprias cuiusq; speciei propriæ definitionis pertractat. Sed dubia occurũt: quoniam videtur Auer. hic fateri illud idem quod in calce lib. Porphirii est confessus: libellum videlicet Porphirii non esse inter libros Logicæ proponendum, vt Alpharabius, & perplures asseuerarunt & proinde inquiritur quę nam harum opinio rectior sit: an illa Auerrois vel potius hęc Alpharabii.
Secundum dubium. Altera dubitatio, nunquid definitio duas habeat partes formam videlicet, & materiam: in quas partiri possit tractatus de definitione & pręcipue cum alibi clare
Auer. opinio re Auerroes fateatur definitionem formam atq; materiam sortiri. Quo ad primam attinet dubitationem Auertoes hic & in calce lib. Porphirii visus est asserere librum Porphirii non esse inter Logicæ partes collocandum: Nos tamen
Quãdo definitionis nominum sunt quid rei. in præsentiarum Auerrois rationes dumtaxat referemus quibus rẽ hanc persuadet, quoniam de re hac inquirere nunc non interest & vt rationes Auerrois perspicua fiant non nulla prius pręaccipere oportet quorum primum sit istud: Cum definitiones nominum manifestæ, & dilucidæ sunt, eas ars despicit. Cum autem latent opus est accipere ac supponere: sunt enim nominis definitiones principiũ agnitiones, quibus ignotis frustra quis aditum fert ad scholas: vt primo huius
Cap. 2. Themistius est. Alterum est, quod interdum nominis definitiones quid rei sunt definitiones, diuersa tamen ratione, vt enim partes eius non confuse sed perfecte, intellectæ sunt, quopacto partes rei substantiam manifestant, & aggregatum ex eis perfecte cognitis totam rei substantiam explicat, Ita quid rei definitiones erunt: Cum autem confuse præintellectę fuerint partes, tantum nominum significata declarant Aggregatum ex his quid tantum nomen definiti significet, enucleat, & non rei definitę substantiam: ratio autem est, quoniam sicut se habent partes definitionis ad partem substantię rei, sic & definitio tota ad totam rei substantiam. Cum itaq; partes solum nominum significata declararent, ergo & definitio tota solum quid nominis explicabit: pari passu si partes substantiæ rei partes explicant, ergo, & totam rei substantiam definitio explicabit, quod quidem ex Auerroe satis constat primo huius. Verum res

claro exemplo poterit illustrari: In lib.Logices,ac naturalis philosophiæ mentio fit de ente,substantia,corpore,numero,linea,& aliis quæ in Methaphysica ac mathematica cōsiderantur,si quis modo ante libros Logices omnium horum definitiones simul colligeret,nulli dubium q̄ hic ipse liber collectus non esset pars necessaria Logices,& naturalis scientię,ne communis pars,ac pręferāda necessario: A simili: cum Porphirius colligat ea quorum meminit Philosophus in lib.prędicamētorum,in lib.Logices,ea enim per se in lib. posteriorum:& Topicorū cōsiderantur, liber ex his conflatus neq̄ necessaria pars, nec communis, nec minus pręfereda est:Ex his igitur Auerrois ratio clarescit,nam definitiones quinq̄ vero cum à Porphirio traditę,sunt nominum definitiones,non vtiq̄ rei:quoniam vt definitiones rei in lib.post.& Topic.habentur probat Auerroes & ex Porphirio & ratione: Porphirius .n. in ipso operis limine vocat libellum introductorium quoniam docet quid noimna rerum quę in prędicamentis Ari.& in cęteris Logicæ partibus de demōstratione,definitione atq̄ diuisione asseruit: Et dicūtur introductiones:quoniam dirigūt,sunt.n.derigentes pręcognitiones,sicut definitio nominis ad sciēdum quid quęritur;tum quia dantur inchoantibus definitiones,vt d.Crysaorio inchoāti partibus log.& quoniam partes nō sunt distincte pręcognite,& ideo rei substantiam cognoscere nō faciunt,sed solum quid nominis: Id etiam ratione corroborat siquidem ea de quibus pertractat Porphirius,si vt per se prædicata sunt,ac prima,cōsiderentur,quo modo demōstrationi deseruiūt, primo huius illorum cognitio habetur, si autem vt prędicata in quid vel quale, ita ex lib.Topicorum illorum cognitio habetur,quare si in lib.Porphirii considerātur,nō nisi præcognitiones nominis & non vt rei definitiones:quin modo si quis diligētius inspexerit nō nisi in libello Topicorum diseruiūt,nam vt antea docuimus,modus considerādi,modo definiēdi deseruit,& inuerso ordine: Porphirius autem hæc vt Topicus definit, quoniam vt prædicata in quid vel in quale,sicut Topicus,ergo si horum cognitio necessaria est,Topico tantum deseruiet, quæ cū ibi etiam habeatur,non erit vtiq̄ necessaria,vt A Porphirio traditur: Iccirco in calce expositionis Porphirii Auerroes ait q̄ si liber Porphirii contineat ea quæ demōstrationi diseruiūt in lib.de demōstratione habētur,si quę definitioni in secūda huius parte,pariter si quę libro Topicorum in Topicis: quare cum horum cognitio in propriis logicæ partibus habeatur,non ergo ea pars necessaria & cōmunis,ac reliquis logicę partibus præferenda,sed Auer.ratio dubium parit: nam hæc prædicata quę a Porphirio docentur,sunt omnibus artibus cōmunia: omnia enim prędicata aliquo horum modorum prędicātur vtputa in quid vel in quale: ea igitur pars quę hęc contemplatur communis vtiq̄ erit. Soluimus nos: quoniam hęc communia prędicata nō sunt sed propria nā vt in quid vel quale prędicātur sunt propria Topico vt prædicata per se & prima,demōstratori propria sunt & de his demōstrator negotiatur. Vnde si communia sint,erunt vti ars Topica:nam cum hęc vt prędicata Topicis problematis considerentur,ea omni arti applicari quærūt, & hoc modo communia vocitari poterunt: Ex quibus cōtra Alpharabium patet ratio:quod liber Porphirii pars Logicę necessaria non sit quoniam definitiones nominum non semper opus in doctrina habeantur:nā cum per se dilucidæ sunt, despiciuntur: patet etiam de his quinq̄ vocibus in lib.poster.& Topicorum tractari,licet non eodem has modo:quoniam vt definitiones rei, & non nominis: Sed a se met ipso videtur Auerroes dissentire

(margin: Dubitatio. — Solutio. — Cōtradictio Auer.)

siquidem

si quidem in Epithoma. Logic. hanc partem Porphirii lib. correspondentem Edidit, quam cæteris logicæ partibus anteposuit, & eam vocat de agentibus formationem: quare videtur ꝙ inter logicæ partes collocanda sit: Verum hoc ipsemet dubium absoluit Auer. in calce Porphirii expositionis, se de bonitate exposuisse illum librum, non vt partem necessariam logicæ, vt etiam fecit Porphirius: multa modo de bonitate in arte adhibentur, quæ necessaria non sunt. Dubium secundum persoluimus, atq; fatemur Auer. non negare definitionem, constare ex duabus partibus, puta materia & forma, alioquin á semetipso dissentiret, qui secundo huius fatetur definitionem habere materiam ac formam, & quod differat à demonstratione ordine & forma & vti ibi refert, vti orationis enunciatiuæ ordo syllogisticus in recta figura & modo forma, demonstrationis ita connexio essentialis generis cũ differentia quasi forma definitionis, vti ordo syllogismi forma demõstrationis, ita ordo generis & differentiæ forma definitionis: Quare Auer. cum demonstrationem, tum definitionem formam & materiam habere testatur si quidem demonstrationis forma figura est, & propositionum forma, definitionis vero forma ordo partium definitionis, & vti præmissæ in demonstratione materiæ sunt ita & definitionis partes sunt definitionis materia, confirmamus istud, vti in demõstratione, sicut dicit in quæsito determino & in propositione cõnexio & partium ordo quam in demonstratione illationis nota, in propositione verbum significat est compositio & forma ita in definitione ordo, atq; nexus essentialis generis cum differentia compositio & forma sua, vt secundo huius, & in epith. log. cap. de definitione, quare cum definitio partes habeat vt materiam & formam, superest vt dubitationi occurramus, quam per Auer. soluimus, qui postea docebit fere easdem esse conditiones quæ demõstrationi, ac definitioni conueniunt ex parte materiæ, & paucæ sunt quibus distinguuntur: quare cum de materia egisset demõstrationis, de materia etiam definitionis sermo habetur de differentibus autem regulis quando in secunda huius parte de forma definitionis agit, de illus quoq; sermonem aggredietur, icciro ob conditionum paucitatem non merentur partes definitionis distinctum habere tractatum: sed postea magis solutio clarebit.

Solutio.

Solutio secundi.

3. 45. 45. Definitio materiã ac formam.

45.

Abramus. *Nec etiam ipse tractat definitiones in quantum sunt unum certum genus entium, sed scrutatur eas in quantum tradunt perfectam conceptionem, prout natura singulorum entium exigit, & proinde consentaneum est ꝙ tractatus de his duabus spetiebus, scilicet, & de demõstrationibus, & definitionibus, nõ finiatur in differentias ultimas secũdum singulas artis de eo enim huiusmodi. Quod differnit singulas artes, Aristotilis moris fuit meminisse in artibus illis prout fecit in physicis auscultationibus & .xi. de animalibus.*

Burana. *Videtur itaq; ꝙ speculatio sua in hoc libro sit de his duabus spetiebus, id est de demonstrationibus, & definitionibus, & non peruenit usq; ad differentias ultimas, quoniam quod unicuiq; arti appropriatũ est, consueuit ipse de illo in ea mentionem facere, Quemadmodum fecit in physico auditu, & .xi. de animalibus.*

Quod de demonstratione antea docuerat illud idem nũc, de definitione explicat, fuit enim de demonstratione quæsitum, an de demonstratione ut pars entis est,

logici intersit differere ? hoc quidem quid de definitione inquirere posset, an vt pars entis est, illam logicus contempletur, quod persoluens ait definitionem cōsiderari in secūda huius parte, eo modo quo demōstratio in prima puta, vt instrumētū sciētiā pariens definitiuā: nō avt vt pars entis est, aut eius affectio, puta, vt vna vel plures, actus, & potētia eam.n. sic cōsiderat philosophus primus PRO VT NATVRA vt pręsens dictio manifesta fiat, animaduertendū est defini

Vt definitio cōsideratio tiones bifariā posse cōsiderari, & vt definitiones sunt, vt pote, quo ad prædicata, et attributa, quæ eis cōueniūt vt definitiones possunt rursus, vt certe & definitæ rei sunt applicatæ, inquiri quomodo naturales & Diuinæ, ac Meth. definitiones dicuntur: Huius distributionis causa ex eo constat: quoniam definitio rei naturam ac substantiam explicat, quare vti naturæ ac rei substantię diuersæ sunt, ita & modi definitionum diuersi erunt, quod Aristotelis exemplo prospicuum euadet septimo

13. & 14. Diuinæ Philosophiæ: substantia, ens simpliciter eius definitio simpliciter est accidens ens secundum quid est posterius atq; ex additione definitio eius secundum

.12 quid & ex additione dicitur, nono iterum Meth. actus & potētia definitionem nō veram habent, quoniā non veræ naturæ, sed eius partes sunt, quare eis ex propor

.16. tione definitio respondet & octauo Meth. entia à materia seiuncta definitionem habent sine aliqua potentia & genere priori, contracto per differentiam posteriorem, entia etiam naturalia quoniam esse in materia habent, eorum definitio cum materia est singula ergo entia vniformem non possident definitionem, sed vt naturæ & rerum substantiæ diuersæ sunt, non secus & definitionum modi quo fit, vt cum quędam sint, quæ omni congruunt definitioni, duplici illo modo distribui possit definitio, & proinde in dubium vertitur quod nunc Auerroes absoluere conatur onde definitione utroq; modo disputet logicus, quod ipsum persoluit Auer. diceteq; definitionem vt definition est, & nō vt rei applicatur, logicus, cōsiderare, sed pro vt naturis singulorū entiū cōuenire pōt, illā logicus cōsiderare intēdit ET PROINDE. In hac parte quod antea de definitione, docuimus, exhibet iā de demōstratione, & definitiōe asseritq; huiusmodi instrumēta dupliciter posse cōsiderari & vt demōstrationes, & definitiones sunt, puta quo ad ea quę omnibus artibus & scientiis conuenire possunt, hæc enim quasdam habent instrumenta affectiones, quæ eis vt demonstrationes & definitiones sunt, competunt: Altera demonstrationis & definitionis consideratio est, vt ipse vni fuerint propriæ arti, & sic quædam peculiaria habent, quæ illi arti cōgruunt vtrumq; exemplis perlustremus nam attributa quæ definitioni, quatenus definitio competunt, sunt vt definitio quæq; ex genere differentiaq; constet, atq; vt quod quid est, & rei substantiam

.16. notificet sed q̄ definitio per materiam fluat non est conueniens attributum omni

.29. definitioni, quatenus definitio est sed naturali proprium est definitioni primo de

.39. anima & secundo physici: Attributa etenim quæ definitioni competunt, vt ipsa applicatur rei definitioni in communi accidunt, quoniam primo huius, inferius atq; eius conditiones superiori accidunt quare patet nulla esse attributa, quæ definitioni vt talis est competunt quædam iterum quæ definitioni vt applicatur, cōgruunt. Vocat autem conditiones definitioni applicatæ congruentes vltimas differentias, differentiæ autem communis conditiones suntquæ definitioni in communi ac per se conueniunt. Adiecit secundum singulas artes, quandoquidem definitioni conueniunt, vt est singulis artibus applicata, non autem, vt definitio est, quocirca Aristote. de demonstratione, & definitione in Analyticis

lyticis pertractat,quatenus talia sunt nō autem vt singulis artibus appropiātur: quatenus enim definitis artibus applicātur,mos Arist.fuit in propriis artibus disserere: Atqꝫ per demōstrationes & definitiones applicatas,artes diuersæ seiūgūtur: Non autem secundum communia attributa,cum in his conueniāt, quod ex
9. & 3. Arist.& eius progressu corroborat Auer.nam modum demonstrandi, Philosopho naturali proprium,in physi.sicut in aditu illius operis Philosophus ostēdit,testa-
17. turqꝫ esse nobis insitam viam ex nobis notioribus: & in secundo de physico auditu modum,proprium definiendi præbuit,quoniam naturalis cum materia definit,
16. differenti quidem modo à Methaphysico:quod etiam primo de anima admonuit Philosophus: Illud etiam idem ex primo de animalium partibus, qui.xi. dicitur liber,claret,vbi non tantum proprium demōstrandi modum atqꝫ simul definiendi naturalis edocuit Philosophi, verum etiam iubet ante quamlibet artem vel nobilem, vel ignobilem vti peritia, eligendo proprium modum: sexto itidem primæ philosophiæ proprium definiendi modum primo assignauit Philosopho,moris igitur Arist.est proprium demonstrandi & definiendi modū in propriis artibus edocere Adiecit,differantias,quasi vltimas, sunt enim differentiæ quasi vltimæ,attributa,quæ definitioni conueniat,vt definitio, ac demonstrationi vt demonstratio est:quæqꝫ ars accidit non addendo nouas conditiones, veluti ex effectu conuertibili notiori,fluere differentia vltima demōstrationis,quia est pri-
95. 96. mo huius constat: est enim vltima,quia specifica & vnius demonstrationis: quasi vltima dicitur,quoniam arti non applicata proinde,puta,naturali scientię:scientia
2. enim naturalis vt primo Physi.eam sibi appropriat ac vna & propriam facit:quare differentiæ vltimæ,& quasi vltimæ subiecto eædem sint, & sola ratione distinguantur sunt vltimæ,quoniam specificæ,quasi vero vltimæ, quoniam non appropriatæ nominibus propriis,& ex quantitate & qualitate proprię artis electæ.

Abramus. *Sed hic meminit de differentijs communibus & propinquis vltimis, reliquit autem vltimas illis artibus, & Ideo Aristotiles non posuit in hoc lib. propriam partem quæ contineret qualitates, qua artes utantur his demonstrationibus, primo ut fecit Alpharabius: Sed hic meminit de eo, quod ei occurrit de differentijs primis demonstrationum atqꝫ præmissarum.*

Burana. *Atqꝫ mentionem fecit hoc in loco de differentijs uniuersalibus & propinquis vltimis, & de reliquit ultimas ipsis artibus, & propter hoc non separauit Aristotiles hoc in libro partem appropriatam in qua compiletur qualitates faciendi artes in demonstrationes & definitiones quemadmodum fecit Albunazar: Sed hic mentionem fecit de eo quod sibi occurrit de differentijs primis demonstrationum, ac definitionum consimiliter.*

Manifestat,quæ in arte Logices edocuit Aristo.& asserit communes differentias,& propinquas vltimis demōstrationis & definitionis in aliis artibus vltimas tantum differentias considerasse:& proinde dubium ex hoc euertit,cur Aristotiles in Logica partem non edidit, in qua qualitates conficiendi demonstrationes, & definitiones edoceret: Vt dubium prospicuum fiat:quod Aue.absoluit,Id primo notandum,quod ipse edocuit in Epith.Log.eo cap.quod de qualitate inscribitur,faciendi demōstrationes & definitiones,vt etiam primo de partibus claret

peritia vocatur:qualitas hæc,quę habitus quidam est mixtus,conflatusq; ex Logi-
ca,& arte propria,quo cognoscimus quales nam conditiones, proprietatesq; de-
monstrationis,& definitionis sint,quibus ars vtitur propria,quæ non nisi ex finis
scientiæ qualitate innotescunt,nam qualis scientia acquirenda tale instrumētum
constituendum: Huiusmodi habitum Auer.vocat,habitum quo vltimas differē-
tias demonstrationum,& definitionum cognoscimus:quoniam edocet qualitates
demonstrationis,& definitionis hoc est quales nam vtriusq; esse debeant condi-
tions,quocirca dubium id est,cur Aristotiles hanc partem in Log. non ediderit,
quæ doceat quales demonstrationes & definitiones,quibus propriæ vtuntur artes
esse debeant.proinde hanc partem non compilasse asseuerat Auerroes,quoniam de
vltimis differentiis vtriusq; instrumenti in artibus propriis habetur sermo:quare
iure Alpharabius increpādus est,qui credens Logicum vltimas etiam demōstra-
tionis & definitionis differentias considerare,hanc partem composuit:quo fit,vt
Aristotiles dumtaxat hic consideret in arte Logica conditiones primas atq; com-
munes demonstrationibus & definitionibus:per primas differētias vult differen-
tias per se vniuersales atq; communes,& omni demonstrationi ac definitioni con-
uenientes,de his enim tantum Logicus differit,de propriis autem & vltimis dif-
Quae ars instrumenta ꝓpria cuiq; arti doceat inquiritur. ferentiis in propria disputatur arte. Verum vt magis quę Auerroes in Alphara-
bium annotat eluceant,id disputatione dignum occurit,si quæq; ars definiendi ac
demonstrandi proprium modum habeat,an hic in propria arte sit edocendus. In
huius quęsiti solutione vniformes Philosophi non sunt:Alpharabius,vt Auer. re-
Opinio alph fert,est opinatus,proprium demonstrandi,ac definiendi modum cuiusq; arti con-
uenientem Logicam edocere,his fortasse argumentis, seu coniecturis compulsus,
Primo nam ordo esse debet à quo quis facillime discere potest vt quinto primæ philoso-
phiæ: sed facilius proprias consequemur scientias, si Logica propria cuiusq; ar-
tis instrumenta edocti fuerimus,hic vtiq; ordo seruandus:Ad idē philosophus 2.
15. Meth.prius oportere iubet ante artes & scientias erudiri prius videlicet artis &
scientiæ instrumentum edocere:quod vt Auer.exponit Logica prębet,quæ prius
singulis est artibus addiscenda:Auerroes rursus eo loci testatur logicam vniuer-
salem differentias communes & vniuersales,particularis vero proprias instrumen-
ti differentias edocere:Logica igitur est quæ propria demonstrandi,& definiēdi
modum edocet. Præterea idem est artifex qui artis proprium instrumentum fa-
cit,& qui idem præbet,vt inductione patet: Idem enim artifex est qui secam fa-
cit,& Fabro præbet,vt quæ artis sunt expleat:quare cum Logica instrumenta do-
ceat,hæc igitur ipsa est quæ scientiis instrumēta præbet. Cōfirmatur ratio:mo-
dus enim proprius considerandi Logico congruus est instrumentorum regulas
atq; conditiones tradere,vti antea docuimus sed singularum artium propria in-
strumenta docere eorum est conditiones,& regulas explicare, quod cum Logi-
cus habeat,eius igitur munus est propria instrumenta subiicere, Cuius senten-
tiæ interdum Auerroes visus est fuisse,vt ex eius progressu manifestum fieri potest
qui in Epithoma.Log.differentias vltimas demonstrationum ac definitionū tra-
dens inter partes Logices cap.illud enumerandum censuit,vt cap.Inscriptio ma-
nifestat. Cum inscribatur de qualitate conficiendi demonstrationes & defini-
tiones vnicuiq; arti,quod idem sonat qualis debeat esse demonstratio,& definitio
18. vnicuiq; scientiæ: idem primo de anima asserere videtur,vbi cum de diuersis &
propriis artium considerandi modis disseruisset ait se reuerti velle ad intentum
suum,

Secunda opinio. suum quoniam ea consideratio est Logicæ propria: Nonnulli ex aduerso, quibus Auerroes hic assentit, opinantur singula artis instrumenta propria artem tradere, quod ex Aristotelis more ab Auerroe comprobato & ratione roborato demonstrant: eius namq; mos est tantum in Logica differentias communes & quasi vltimas scrutarii, differentias vero vltimas in artibus propriis & non in Logica doceri: differentiæ autem vltimæ differentiæ sunt quibus diuiduntur singulæ artium species inter se: Nam sexto primæ philosophiæ considerandi modus definiendi modo correspondet, quo artes specie diuersæ differunt: vti primo huius habetur: differentiæ itaq; vltimæ definitionum illæ sunt, quibus singulæ artes specie distinguntur: has ergo differentias in singulis his artibus Aristotiles edocet vt Auerroes etiam secundo physico, testatur, vbi ait Aristotelis morem esse commune instrumentorum in Logica docere, proprium vero in arte propria: Idem ex Aristotelis progressu monstrant, qui semper in aditu cuiusq; lib. non autem in Logica vltimas explanat differentias: In Logica autem solum primas, & quasi vltimas vt ab auditu naturali exordiamur, differentias vltimas demonstrandi naturalis scientiæ non in Logica sed in aditu primi de Physico auditu edocuit: differentias etiam vltimas naturalis Philosophiæ, & primo de Anima, definiendi animæ proprium præbuit quoniam cum materia est, & primo de Animalium partibus proprium considerandi modum ac differentias vltimas, ibi edocuit, & sexto Methaphysi. differentias vltimas definiendi primæ philosophiæ, qua à naturali differt, & Mathematica: quod quidem in prohemio fecit: quoniam sex illi libri tanquam prohemium se habent cæterorum, vt initio septimi annotauit Auer. primo etiam moralium instrumentum proprium morali præbuit Philosopho.

4

179.

16.

2 & 3.

11. & 19.

16. & 17.

2

Cap. 3. propria opinio. Cōditiones instrumenti dupliciter cōsiderātur.

Res igitur est Ambigua, Nos autem prius quam quid nostra ferat sententia, in medium afferamus nonnulla explicare intendimus quibus res prospicua fieri posset: Primum itaq; est conditiones instrumentorum, vtputa demonstrationis, & definitionis dupliciter considerari posse aliæ enim primæ sunt & communes, aliæ vero propriæ & vltimæ, primæ vero & communes instrumentis per se conueniunt, vltimæ vero autem & propriæ ex accidenti: Nam primo huius testatur Auerr. prædicata inferiorum superioribus ex accidenti conuenire inferioribus autem per se: Differentiæ autem vltimæ sunt specierum, & inferiorum ergo ex accidenti instrumento in communi competunt. Præterea accidens est sine quo res esse pōt, vt primo Topicorum patet absq; his conditionibus esse probe potest demonstratio & definitio in cōi, vtrinq; igitur ex accidenti conueniunt. Minor sic probatur Definitio, vt definitio (vti antea docuimus) non nisi formam explicat, definire igitur per materiam, quod est naturali proprium, atq; naturalis vltima differentia, cum sine ea definitio vt definitio esse possit, definitioni, vt definitio accidit: Secundum accipimus differentias primas ac cōes instrumentorum in arte Logica noscendas esse, ea.n. sola differentias instrumentorum cōes, vtputa definitionis, & demōnis, edocet: sed quod dubium parit, sunt vltimæ instrumentorū differentiæ, nunquid in Logica sint noscendæ, an potius in arte propria. Vt manifestior res euadat tria statuemus: primum docere primas & communes differentias, ac proprias & vltimas instrumentorum, esse necessarium ante quamlibet artem & scientiam: Secundum differentiæ communes & primæ in Logica tantum edocentur, vltimæ vero & propriæ in propriis artibus, quibus vltimæ

16. & 37.

sunt atq; propriae : Tertium differentias vltimas edocere Logici munus non est, qui communes & primas docet, neq; proprii artificis, sed Logicus particularis id, subit munus . Primum itaq; sic monstratur: secundo Methaphy. Auerrois ait Logicam bipartiri, altera enim vniuersalis & communis est, altera propria vnicuiq; scientiae : homo ait non potest esse instructus in qualibet arte, nisi sciendo vniuersalia & propria de instrumentis, per vniuersalia differentias communes: per propria vltimas intelligit differentias: oportet igitur prius quàm artes addiscantur & scientię, cum communes, tum proprias instrumenti differentias addiscere, atq; eos homines per similes esse ostendit Auerroes, qui non cognitis naturis instrumentorum, scientias consequi quęrunt, medico imperito volenti sanitatem introducere, non praecognita medicinae arte, cui mortuus fuit egrotus prius enim Medicinā exhibuit, & post librum inspexit, & cum rediit mortuus erat eger : Si quis ergo perfecte scientias & artes consequi appetat opus est vt exacte instrumentum praecalleat, perfecta autem de re cognitio haberi minime potest, primo physi. nisi communibus, & propriis praecognitis quare instrumenta, quibus artes & scientiae acquiruntur perfectè cognosci nequeunt nisi communibus & propriis illorum differentiis cognitis. Et proinde iubet Philosophus secundo Methaphysi. prius oportere erudiri quomodo sint singula recipienda nam absurdum est simul quaerere scientiam, & sciendi modum : At erudiri quomodo sint singula recipienda aliud non est, quàm cognoscere instrumenta & hoc est q̄d primo Moralium praecipit Philosophus, periti hominis esse exactum ipsum eatenus in vno quoq; genere flagitare, quatenus ipsius rei natura fert, & Alexander secundo Methaphysi. autem his verbis Aristotilem significare prius in resolutiuis & omnino in Logica exerceri opportere, ac demonstrationum modum cognoscere absurdum enim est alicuius rei scientiam simul quaerere, & quomodo haec ipsa comparetur inuestigare : & sexto Methaphysi. iubet prius opportere cognoscere proprium sciendi & definiendi modum vt proprius considerandi modus noscatur: vniuersales igitur & propriae instrumentorum differentiae prius sunt, quàm ipsae scientię, comparandę. Sed opus est vt secundum modo demonstremus : Communia videlicet in Logica doceri, propria autem in primo artis cuius sunt propria: quod Auerrois ex Aristotelis progressu ostendit : Nam in Logica solum edocuit vniuersalia & nō propria, in principio autem propriarum artium propria : Ideo lib. primo Moralium circa aditum proprium modum ac instrumentum edocuit, atq; praecepit prius proprium instrumentum esse noscendum, asseruitq; periti hoc esse munus: qui autem in arte propria opus sit propria cognoscere sic fiet clarum: nam differentiae propriae cognosci nequeunt, nisi ex fine proprio est tantum tale & tantum instrumentum, quoniam ita finis se habet, quae est scientia propria quae non cognoscitur nisi ex eius differentia, quae in accidentibus vti est scientia, est subiectum proprium, sicut antea docuimus : Subiectum autem proprium Logica cognoscere nequit, sed solum ars propria, quare neq; finem proprium, neq; ergo differentias vltimas quae ex fine proprio noscuntur: quare si ex opposito arguere licet ars propria solum sui subiecti qualitatem, ac quantitatem noscit, ergo quantus, & qualis eius finis esse debeat, ergo quantae & quales differentię esse debeant noscit non igitur in Logica differentię vltimae sunt docendę sed in initiis artium: Ad idem is qui solum est peritus & eruditus, differentias vltimas percipit, vocat. n. Arist. hunc artificem

secundo

Margin notes:

16. Regulae cū cōes tū propriae instrumētorū ante scientiā sunt edocendae.

primo

45.

9.

Differentiae cōes in logica propriae autē in principio artis sunt propriae.

15.

ſecundo Methaphyſi.primo de partibus Animalium,primo Moraliumeruditum
& peritum: Cum autem Logicus ita non ſe habeat, has vtiq; non noſcit dif-
14. ferentias. Poſtremo primo huius ſolum per ſe non autem quæ ex accidẽti ſunt
contemplatur ars differentiæ autem vltimæ inſtrumento à Logico conſiderato
accidunt, non illas igitur Logicus contemplatur. Planum itaq; ex his eſt,com-
munes differentias in Logica doceri,proprias vero in aditu artium propriarum:
Ex quibus eorum errata lucent, ſi in Logica proprius modus inſtrumentorum
doceretur facilior eſſet addiſcendi modus, decipiuntur enim, nam difficilli-
mus eſſet: Immo nullo poſſet fieri modo, nam difficillima res eſſet, quo-
niam proprius docendi modus cognoſci nequit,niſi à proprio fine, qui à pro-
prio dumtaxat Artifice cognoſcitur: quocirca opus eſſet Logicam propriis
admiſceri ſcientiis, quod difficultatem parit:fieri etiam nequit,quoniam pro-
priæ artis munus eſt inſtrumentum noſcere ex proprio fine,quem Logica cum
An ars propria instrumenta edoceat. tantum vniuerſalia contempletur non dignoſcit. Sed vt de tertio iam diſ-
ſeramus oportet. In cuius diſputatione Dyalectico procedemus modo, &
oſtendemus hoc munus Logicum explere,deinde quòd non Logicus ſed pro-
Sermones topici plurimum rerum cognitioni deseruiunt. prius artifex id oneris ſubeat: Sermones enim Topici plurimum ad verita-
tem adipiſcendam conferunt, & ſæpe ſæpius hoc etiam Ariſtoteles incedit
tramite, vti cum in phyſicis naturę principia eſſet aggreſſus explicare,Dya-
lectico more incedens prius rerum principia contraria eſſe probauit, mox q̃
non ſint contraria, ex qua diſputatione duo accepit ſub contrariis: principia
videlicet quædam eſſe contraria, ac rurſus quædam nequaquam: non ſecus
ad loci naturam dignoſcendam ſe habuit Philoſophus & nos etiam Dyalecti-
ce progredientes ex Topicis illis ſermonibus accipimus ſub contraria, quod
quo modo videlicet Logica, quo quo etiam modo ars propria illud ſuſcipiat
munus: Verum rem ſtat aggredi, ac primum illud probabimus, propriam
artem propria non docere inſtrumenta, ab Auerroe exordium ſumentes,qui
Epithoma. Logic. cap. de qualitate conficiendi &c. Huiuſmodi habitum
inter Logicæ partes connumerauit, non igitur ars propria illud explet:& ſe-
15. cundo Diuinæ ſcientiæ, Logicam duplicem eſſe ſtatuit alteram vniuerſalem,
vt quę vniuerſales conditiones docet omnibus inſtrumentis conuenientes al-
tera particularis, quę vltimas & proprias differentias inſtrumenti propriæ edo-
cet artis: Inſtrumenta igitur propria docere non artis eſt, ſed Logicæ, &
primo Topicorum nulla ars neq; ſcientia organica niſi Logica,hæc igitur
Cap. 8. tantum docet inſtrumenti differentias vltimas: Philoſophus etiam ſecundo
15. methaphyſi. abſurdum inquit eſſe, ſcientiam quærere, atq; ſimul ſciendi mo-
dum,qui modus vt poſtea docebimus non niſi hoc habitu,quo vltimæ inſtru-
mentorum differentię cognoſcuntur:quapropter iuxta Ariſtotilem proprii in-
Cap. primo. ſtrumenti cognitio à ſcientia ſeiungitur propria:& primo de animalium par-
tibus, vniuerſalem cognitionem rectam biparturi large teſtatur: In ſcientiam
videlicet rei & in cognitionem: ſi res eſt ſcita nec ne: quæ habitus eſt do-
cens proprias, & vltimas inſtrumentorum cognitiones ex his itaq; luce cla-
rius fit, vltimarum differentiarum proprii inſtrumenti cognitionem quibus no-
ſcuntur res diuerſam à rerum ſcientia eſſe,& q̃ ſcientiarum munus non ſit pro-
prias,vltimasq; edocere differentias: Ibi etiam huiuſmodi habitum peritiam
vocauit, quaſi à propria ſcientia, ratione, & definitione ſeiunges, nomine

quidem, quoniam ipsum rei peritiam vocauit, scientiæ habitum rei sciẽtiam: Definitiones etiam, quoniam scientia simpliciter res scitur, periti a vero si recte fuerit scita res, nec ne, aut non recto instrumento; vltimæ igitur instrumenti differentiæ à scientia non docentur: Vnde Ephesias illum locum sic interpræt atur: habitus est qui scientia vocatur, cognitio de rerum veritate quarum scientiam quærimus: peritiam autem asserit esse modum & artificium docendi, quam clarius Auerroes in Paraphrasi illius operis aperiens, asserit esse regularum notitiam, quibus scientia de rebus habetur, & eodem cõmẽtarii: Peritia inquit cognitio est modi tradẽdi quod Aristo. consonat qui sic hũc habitum explanat. Hominis enim probe periti officium est iudicare perspicienter posse, quid nam recte aut non recte ab eo qui docet, exponatur, quippe cum & hominem omnino peritum talem esse existimamus; & peritiam ipsam non nisi facultatem huius offitii statuamus.
15. Peritiam secundo Methaphy. eruditionem vocauit: Eruditio enim vt ibi etiam Admonuit Auerroes est habitus docẽs proprium sciendi modum & qui eruditionem habet, eruditus dicitur, nam eruditus dicitur qui non ignorat quo modo quo vt instrumento, quibus definitionibus propriis vltimis, vna quæq; res recte scienda sit: facultatem igitur peritiam & eruditionem vocat, à propria rei scientia seiungit: non igitur vltimas instrumẽti differentias scientia edocet propria. Neq; insuper Logica munus hoc explet, nempe Logica tantum vniuersalia edocet, nam vnaquæq; ars docet quę per se proprio subiecto conueniunt: propria autem ex accidenti, vt antea monuimus: quare Logica vniuersales tantum differentias, non item proprias prębet. Præterea ostendimus supra proprias instrumenti differentias non nisi ex fine proprio compræhendi posse, vti enim se habet finis, ita & differentiæ propriæ instrumentorum, quibus finem adipiscimur: finis autem cum propria rei sit scientia à proprio tantum artifice cognoscitur; quocirca & differentiæ vltimæ proprii instrumenti. Postremo id solum qui peritus, & eruditus est vltimis igitur differentias cognoscere nequit: quare ex his proprium fit Logicam proprias instrumentorum differentias non edocere: & proinde cum vterq; sermo contraria & pugnantia probet, opus est ex vtroq; quo modo veritas sit habenda ostendemus. Iubet enim Auerroes primo Topicorum in re dificili hoc nos debere ordine vti, prius nos exerceri rem Topicis manifestantes rationibus sermones etenim Dyalectici cum contrarii sint rẽ ita esse vel non esse in vniuersali ostendunt, demonstrator autem ex vniuersalibus sermonibus sub contrarias, & particulares accipit enuntiationes, vti ex Aristo. progressa in primo de physico auditu satis admodum elucet: ostendit inibi contraria prius esse principia, deinde quòd non sint cõtraria, mox duas ex vniuersalibus sermonibus accepit particulares, quędam esse principia contraria, quædam autem nequaquam, nempe priuationem & formam contraria & principia, priuatio autem & materia, atq; hæc cũ forma minime contraria principia sunt, Quare si in vniuersum à nobis monstratum fuit, neutram facultatem puta Logicam, neq; propriam artem proprias & vltimas instrumenti differentias docere sub cõtraria igitur vera ex his erit sermonibus capienda, quod vtriusq; videlicet facultatis, quo quo modo intersit proprias instrumenti conditiones dignoscere quare quodamodo Logica, quodamodo ars hoc explet munus: & proinde vtrius erit, non seiunctim altera sine altera, quod exemplis illustrari planè poterit: quando in materia contingenti supponimus hominẽ cum albo vel cum nigro esse; & probauimus in vniuersali ambas falsas esse, homi-

Cap. 2.

nem

nem omnem album & nullum hominem album: Neceſſario inferre licet concluſionem mixtim ſe habere cum albo & cum nigro: tum cum vno, tum cum reliquo quapropter duę erunt particulares verę ſub contrarię, aliquem hominem album
Cap. 8. & quendam nigrum. Ita vltimas inſtrumenti differentias docere ad alterā duarum attinet, puta vel ad Logicam, vel ad propriam rei ſcientiam & iam probauimus ambas in vniuerſali falſas eſſe, nēpe neq; Logici ſeparatim & omnino eſt, neq; propriæ artis omnino. Poſſumus igitur neceſſario inferre duas particulares ſub contrarias veras, quod vtriuſq; eſt iunctim vltimas edocere differentias: tertiæ.n. facultatis quæ ab vtraq; ſeiungatur non eſt hoc explere munus: Nam aut ad artem
15. quæ inſtrumenta docet, puta Logicam, vt primo Topicorum, aut eius, quę finem proprii noſcit inſtrumenti quæ ars propria eſt, non igitur tertiæ facultatis: Iure itaq; inferre licet ſi non eſt tertię ergo quo quo modo vtriuſq; erit, non ſeorſum & ſeparatim ſed coniunctim facultas igitur mixta ex vtraq; vltimas inſtrumentorū differentias docebit. Sed vt oratio perſpicua fiat, hoc vtemur ordine prius enim docebimus, quomodo hic habitus vocetur ſecundo quid ſit aperiemus postremo quod accepimus, pandemus. Philoſophus itaq; ſecundo Methaphyſi. huiuſmodi habitū eruditionem vocauit, cuius rei illa eſt: cauſa, nā qui hunc habet eruditus vocatur, qui enim eruditionem poſſident hi & eruditi ſunt, nempe noſcunt quo modo & proprio inſtrumento ſingula ſint recipienda, diſcendaq;: ex hoc ipſius habitus definitio emanare videtur, nam is qui docet modum, & proprium inſtrumentum, quo res vnaquæq; ſit addiſcenda, ac percipienda iuxta propriam naturam, ac ſine errore monſtrat: Exemplum inſcribi ponitur ſunt enim res quædam quæ ſciri nequeunt, niſi certa, ac mathematica demonſtratione quædam vero facili & rethorica. Eruditio itaq; habitus eſt qui docet inſtrumenta propria, atq; vltimas inſtrumenti proprie artis differentias quem ſub aliis uerbis, fere ſinonimis declarans inquit, eſſe habitum qui quærit proprium modum addiſcendi unicuiq; ſcientie, & inſtrumentum proprium quęrit
Cur logica uniuerſalis debet & cur particularis iuxta proprium conſiderandi modum Auerroes etiam eodem loco notat logicam bipartiri, nam altera uniuerſalis, quæ duas ob cauſas ita uocatur, cum quia docet conditiones inſtrumentorum in uniuerſali, tum quia ea edocet ut uniuerſali certi ſeruiunt, uti logica uniuerſalis docet definitiones ex forma proficiſci eſt enim differentia omni definitioni conueniens, nempe definitioni ut definitio atq; uniuerſaliter omni arti deſeruit. Altera autem logica particularis dicitur, ob duas oppoſitas cauſas, docet enim differentias proprii inſtrumenti quod uni tantum arti deſeruit, particularis enim logica definitiones naturales edocet ex materia & forma fluere, quæ uni arti, puta naturali ſcientiæ deſeruiūt, præbet etiam ei qui hunc habent habitum nomen, quoniam inſtructum vocat ſecundum Methaphoram, inſtructus enim in uia eum dicimus qui viam propriā noſcit, ſic & peritus & eruditus de proprio inſtrumento uidetur de via inſtructus, puta de proprio ſcientiæ inſtrumento quare ex Auer. liquet huiuſmodi habitum mixtum eſſe, quod initio cauſam attuerat, cum inquit opportere eſſe inſtructum in logica, & in habitu etiam artis. Sed quoniam particularis logica cognitio eſt logici in uniuerſali, vt ipſe met dicit, applicata cognitioni ſingularium: inſtrumenti conditionum, propriam adipiſca
Cap. primo mur artem, & primo de partibus vocat peritiam, & qui hunc ſortitur ab habitu vocat peritum, & definit peritiam, eſſe facultatem quæ propria inſtrumenta edocet, & quomodo ars propria ſit addiſcenda, ſi recte nec, ne docta ſit, hāc peritiā:

Auer.in Epith.log.vocat habitum qualitatis conficiendi demonstrationes & definitiones, vt quæ doceat, quales demonstrationes & definitiones. In vna quaque arte esse debeant, hoc enim iudicat instrumenta ipsa, num recta nec ne sint. Ex quibus & nomen & habitus definitio satis elucent superest subinde tertium monstrare, quod cum peritia ipsa vltimas instrumenti differentias edoceat, exordium accipientes ab eo quod antea monuimus, conditiones modi considerandi & instrumenti bifariam considerari. Aliæ nanque vniuersales & communes sunt, quoniam instrumento in vniuersali conueniunt & vt scientiæ in vniuersali deseruiunt, Aliæ autem particulares sunt, quoniam vnius speciei instrumenti sunt, atque vni arti propriæ deseruiunt, vniuersales autem conditiones per se instrumento conueniunt, ac secundum quod ipsum, sed particulares ex accidenti, primo enim huius id quod per se ab artifice consideratur primo vt omni conueniat primo poster. secundo vt prædicatum in
36. & 29. definitione subiecti, aut vice appareat versa, vti primo huius Tertio vt primo prædicatum subiecto insit, quomodo prædicatum cum subiecto conuertitur, quid autem
.36.
.29. tem horum deficiat ex accidenti et non per se erit vniuersales differentiæ his tribus conditionibus abstrictæ omnibus conueniunt instrumentis, vti definire per formam omni conuenit definitioni, secundo per se vt ex eius definitione patet, nam dicitur instrumentum esse quod quid est demostrans, quod si quid est autem per se non nisi forma est, quare si forma in ratione definitionis apparet per se definitioni cónuenit tertio cum ea conuertitur: nam forma & quod quid est non nisi definitione explicitur & definitio non nisi quidquid est manifestat, & formam communes igitur conditiones per se instrumentis conueniunt propriæ autem specierum
.37. rum differentię ex accidenti, primo enim huius inferiorum prædicta superibus accidunt, desunt enim enumeratæ códitiones vt per materiam definire nó omni cógruit definitioni: Methamaticæ nãque definitiones vt Auer. opinatur, nó fluunt ex
Prime. materia cum, Math. primo phys. formam tantum cótempletur, licet enim materiã habeat, nó tamen vere, sed secũdum Analogiam, vt in secũdo huius, & eo cap. quod
149. de qualitate conficiendi demostrationes, & definitiones inscribitur, neque etiam per se conuenit in ratione enim definitionis materia non apparet neque itidem primo omnis definitio materiam non declaret, vltimæ igitur differentiæ instrumento accidunt, ex quibus illud claret, logicum tãtum communes instrumentorum differen
.8. tias cognoscere, vti primo Topicorum habetur causa est, quoniam ars quæ per se sunt & nó ex acidẽti cótemplatur, quare cum vniuersales differẽtiæ per se insint instrumẽtis, illas vtique logica ars cótemplatur, proprias autem minime quoniam instrumẽto accidunt. Ex his, quod mõstrare cæpimus, palàm fit, habitum uidelicet ex vtroque per mixtum vltimas instrumẽti differentias edocere, vt qui ex vniuersali logica communes differẽtias docent, quæ omni deseruiunt arti, & ex scia instrumẽti, seu ex habitu cuius instrumẽtum quęritur, quo recte doceri possit, huius itaque habitus mixti inter est vltimas & proprias instrumẽtũ differẽtias docere, quibus proprias adipiscamur scientias: quem habitum, particularem logicam Auer. vocauit, & proinde iure antea monuimus solam logicam non sufficere, quoniam ipsa cómunes instrumẽtorum proprietates consideret, vt puta, quæ instrumẽto in cõmuni congruũt, & quæ omni deseruiũt arti neque ars proprie sat est cum eius non sit instrumenti differentias docere, coniuncti itaque habitus, munus erit, quod satis
35. ei quod secundo scribitur meth. congruit cum dicatur hunc habitum, qui propriũ modum ac instrumentum considerat, quo vnumquodque est addiscendum, esse con

tra distinctam rei scientiæ, atque ante rei scientiam haberi si igitur scientia rei sola nō est, nec vtique logica, in ea enim vniuersales differentiæ & non propriæ docētur, erit itaque habitus ex vtroque per mixtus, vt logica & rei scientia: Ibi Auer. vocat particularem logicam, quoniam tantum logica non est, neque rursus ars solum ac-
Cap. 1. quirenda, sed logica scientiæ propriæ applicata, habitus igitur est ex vtroque per mixtus, primo etiam de Animalium partibus, clare Aristoteles asseuerat in omni contemplatione duos concurrere habitus alter qui rei est scientia, alter quo iudicamus, an recta sit acquisita scientia, quem peritiam nominat: non ergo scientia sola, nec minus logica sed simul ex vtroque compositus Auer. etiam hic testatur huiusmodi speculationem in logica non fieri, sed in aditu scientię, quare si logici hic
.8. esset habitus cur non in logica fieret? Insuper primo Topicorum, vniuersalia omni scientiæ & arti logica docet, non igitur vltimas differentias qua propter si nec logica nec propria scientia vltimas instrumenti differentias contemplatur, necessario mixtus est habitus Auer. rursus Epith. log. cap. de qualitate faciendi demonstrationes & definitiones iubet tria cognoscere oportere si periti esse volumus, finem proprium qui scientia adipiscenda est, vniuersales instrumenti cognitiones quas logica edocet & proprias artis differentias, hęc autem tertia nequaquā logica cognoscit, cum tantum vniuersalia speculetur, nec rursus propria scientia cum finem duntaxat proprium pronoscat, necessarium igitur est ex his coniunctus & per mixtus habitus hoc munus explere confirmatur idem, & vt facilis ratio fiat, id primo accipiendum est, quod tertio cœli, secundo phys. septimo
§. 91. 37. Diuinæ scientiæ tam ars quā natura eligit, appropriat, atque necessitat, proprias instrumenti conditiones quæ sunt ad finem, ex conditionibus propriis ipsius finis præcognitis quo enim pacto finis se habet, ita & instrumentū, vti finis se rex est dura secare, eligit Ars eam terream, ac cum duritiæ, vt artis opus explere possit, vti
.r. etiam philosophus primo huius facit, qui asserit scire simpliciter esse ex causa propria, & ideo tale eligit instrumentum, & proinde. Asseruit præmissas tales esse oportere, videlicet causas proprias, supponendum secundoque Artifex qui propria
.4. instrumenta, atque vltimas edocet differentias consideret & noscat vniuersales & communes instrumenti differentias, primo enim phys. vniuersalia, & quia singularium cognitioni necessaria & quia faciliora, in vnaquaque præferuntur arte. At cōmunis instrumentorū cognitio in logica habetur, necessario logica ac secūdum melius cognitioni, quæ de propriis instrumenti differentiis fit, profertur ex his illud, quod antea accipimus monstrandum, elucet qui vltimas instrumenti differentias edocet, vt vltimas finis differentias cognoscat, opus est, scientię videlicet quę adipiscenda est, vti ex primo patet effato, quæ cum cognosci nequeant, vt ex secundo accepto patuit, nisi prius in logica vniuersalibus cognitis differentiis igitur cum duo hęc duobus acquiruntur habitibus, vt puta, primum scientia, secundum logica, necessario vtique vltimę differentię instrumētorum vno nō docētur ha-
Dubium primum. bitu, sed vtroque, qui peritiæ dicitur habitus igitur mixti plane inter est, vltimas instrumenti differentias noscere. sed demonstrata dubitatione non vacant, nempe nō videtur mixti habitus inter esse proprias instrumēti differētias edocere, eiusdē
.12. enim artis finem & quę sunt ad finem noscere, vt secundo scribitur de phys. auditu, qui igitur habitus adipiscendę scientię finis conditiones edocet, eadem quoque quæ sunt ad finem seruare cum illud rei scientia absque logica expleat, differentias vtique instrumenti proprias sine logica edocebit, Nam vltimę instrumenti differen-

Secundū de bium. 179. tiæ sunt ab arte constitutæ, vt illis intermediis scientiam adipiscamur, quæ finis est, insuper & primo huius habetur eiusdem esse artis genus, & generis subiecti species considerare quo fit, ut si logica instrumentorum genera doceat, ipsa itidem, & Solutio primi. species instrumenti edocebit, sed vt primæ dubitationi faciamus satis id accipiendum est, aliud videlicet docere, esse aliud supponere, ac præcognoscere immo op-
7. & 13. Cap. 6. ponuntur vt primo & secundo huius habetur, doctrina enim ex suppositione & præcognitione fit præcognitio autem & suppositio nequaquam, sed tertio moralium Artifex finem supponit, ergo non docet, artifex enim consultat, inquit, atque eorum quæ sunt ad finem conditiones edocet, & non finem, vti ex Aristotile pri-
7. mo huius prospicuum esse potest, qui sui finis conditiones supponit ac præcognoscit est. n. instrumenti sciendi finis, ipsum scire quare ipsius cōditiones finis supponit
9. præcognoscitque, signum quoniam postea vtitur illa voce, si quæ suppositionem denotat, non autem doctrinam post modum easdem de præmissis edocet quæ instrumenta sunt, ad huius modi finem adipiscendum, sed vt dubitationi responsum infringamus. Id non lateat interdum finem, & quæ sunt ad finem eiusdem esse generis, & proinde in vna met arte licet, in diuersa artis parte, finis conditiones supponuntur, eædem autem de mediis ad finem inquirunt exemplum primo sexto & septimo politicorum Politica ciuitatis finem supponit videlicet esse bonum publicum, deinde eorum inquirit conditiones, quæ ad hunc ducunt finem. Interdum autem finis, & quæ ad finem sunt, alterius naturæ ac generis existunt, & iccirco ad diuersas attinet artes, altera enim finem supponit, ac illius conditiones, altera illas de instrumento edocet. Id autem contingit quando finis est scientia Architectonicæ, differentiæ vero instrumentorum atque instrumenta ipsa artis sunt seruilis & organicæ: vti bellica peritia, equi conditiones supponit ad victoriam exequendam tales esse, sed de equo tali conditiones primo victoria, bellica non docet peritia ve-
8. rum equorum gubernatiua, ex his illud infertur, cum primo Topicorum logica sit organica & seruilis ad scientias omnes & artes, necessario ita se habet cum artibus & scientiis, vt illæ finis cognoscere conditiones supponant, logica tanquam organica atque seruilis docendo eas de instrumento constituat, iam igitur dubii solutio constat, ac primi quæsiti explicatio: Dubii solutio, quoniam non semper finem & quæ sunt ad finem ad vnam eandemque artem attinere fatemur, nisi quando finis, & ea quę sunt ad finem eiusdem generis atque naturæ sunt, quando vero genere differunt, artis est finis conditiones supponere, organicorum est illas de instrumento docere, vti primum quęsitum explicantes dicimus hoc de logica verum esse cum
8. aliis scientiis: Nam vt primo Topicorum logica organica sit omnibus seruiens artibus & scientiis, genere differens atque natura ab eis proinde artium & scientiarum est finis acquirendi cōditiones supponere: logicæ autem est, quæ organica
Instantia. est atque deseruiens illas de propriis instrumētis edocere, sed quis adhuc quæreret quando artes & scientiæ proprias finis cōditiones supponere possunt, vt id eluceat
4. accipere oportet quod sexto Metha. habetur modum cōsiderandi, modo defi-
Solutio. 179. niēdi correspondere, vterque autem vt primo huius patet est vltima, & propria artis differentia, quæ septimo Diuinæ scientiæ tota rei est substantia: ex quibus liquet quando scientia propria vltimas sui finis differentias supponere potest: nam vt pri-
2. & 76. mo huius habetur ars ante doctrinam supponit esse subiecti, quod quid est supponens modum quoque subiecti considerandi supponit, qui modus ex supra accepto vltima est artis differentia, quæ tota & propria est artis substantia, quæ ars est atque finis adipiscendus, quare vt a primo ad vltimum exordiamur ars supponens esse

& quid

& quid subiecti, modum considerandi ac definiendi suum supponit, ergo vltimam
Solutio . 2. artis differentiã, quæ modus est considerãdi supponit. Sed vt secũda quoq; dubi-
tatio soluatur accipere oportet bipartiri, altera per se altera ex accidenti: causa di
43. stinctionis est quoniam septimo meth. differentia speciẽ cõstituit, sed vt Porphi-
rius testis est, differẽtia bipartit, altera.n. per se est, quæ speciẽ per se cõstituit, alte
ra ex accidenti, qualis speciẽ p accidẽs cõstituit, Ita apud primũ Philosophũ duę
sunt definitionis species, altera quæ p se dicitur, vt quę substãtiæ cõuenit, altera est
14. & 75. accidẽtiũ ratio quoniã vt res se habet ad esse, ita ad definitionẽ. 7, diuinæ sciẽtiæ,
si ergo esse duplex, & definitio duplex, sed si definitionẽ partiamur, ita altera est
quæ dicit formã in materia, altera quæ formã sine materia, vt quę mathematica, di-
citur, vt Auer. placet, hęc definitionis distributio in has species p accidẽs est, nam
iuxta diuersam formę existẽtiam, quam definitio declarat, existentia.n. accidens est
33. vt. 2. huius patet, & vt Porphirius asserit idem sortes partitur in puerum, iuuenem,
& senem, p accidẽs: nã ex diuerso existendi modo, in diuersis temporibus. Secũ-
do id supponendũ: Aristotiles cũ asserit vnã eãdemq; sciẽtiã genus subiecti, &
species cõsiderare, per se species intelligit, non autem ex accidenti, causa est nam
scientia ex his quæ per se sunt, & non quæ ex accidenti cõstant: Ex his modo so-
8 lutio plana euadit: Logica genera instrumentorum considerãs species quoq; considerabit: Vnde si aliqua per se species instrumenti propria alicui dicitur arti, vti de-
2. monstratio signi, naturali scientiæ: quod primo physi. patet hæc logicæ species ex
accidenti, & illam speculatur, non vt naturali propriam, sed vt cuiq; arti communẽ
vt.n. propria naturali est, ex propriis conditionibus sciẽtiæ cõsistit, quam peritus
speculat: quare aliud est species p se instrumẽti docere, aliud vero ppriã speciem
instrumẽti vni arti, iure dicimus q primũ logicus, Secũdũ peritus explet. Rationes
aũt initio quęsiti enarratæ solutione nõ egent, quoniã vniuersales negationes de-
struũt, qđ omnino neq; Logicę neq; sciẽtiæ instrumẽti est vltimas differẽtias edo-
cere, sed quo quomodo est vtriusq;, sicut antea probatum est.

Abramus. *Nec censeo etiam q tractatus specierum sermonũ demonstratiuorũ indigeat distincto sermone, non sunt enim demonstrationibus & definitionibus secundũ hanc parte differentiæ, nisi admodũ paucæ, adeo quod non mereantur distinctum tractatum.*

Burgana. *Neq; itidem uideo q speculatio specierum orationum demonstratiuarum secundum q referuntur debeat in tractatu separari, quoniam non habent demonstrationes, ac definitiones differentiam ex hoc modo, nisi paucam, neq; tantam, quanta opus est, ad separandos tractatus.*

3 Dubiũ euertit, qđ ex falsa Alph. opinione emanat, qui opinatus est lib. de de-
mõne & de finitione in partes quatuor partiri, vt puta, ea pars, quę de demõne est
in duas, de forma, deq; demõnis materia, itidẽ & eas de definitione pars, duas sor-
titur partes, in quarũ altera de forma in altera vero de definitionis materia sermo
fit, & rõ primo Alpha. sic ordiri põt, vti demõ se habet, ita & definitio, demõ duas
sortit partes, materiã propriã, & formã, qbus duo correspõdẽt libri: de forma liber
priorũ de materia vero primus poster.: liber: non secus duo de definitione libri
erunt: alter de forma, alter vero de materia: quare liber de demõstratione & defi-
nitione quatuor habet partes, duæ erũt de forma & demõnis & definitionis reliqua

vero duę de materia & partibus demõnis & definitionis. Soluit hoc Auer. & asse rit nõ esse opus, vt liber de demõne & definitione, in tot partiatur partes quod sic demõstrat. Ea quę differũt paucis admodũ differẽtiis, neq; tot est opus diuersorũ tractatuũ cõpositione distinctũ & separatũ tractatũ nõ habẽt, nec sermone indigẽt separato: Demõnes aũt & definitiones secũdũ partẽ materialẽ paucis admodũ differẽtiis distinguuntur, neq; tot sunt, q̃bus opus sit separato sermone, cõditiones nãq; vtriq; demõni & definitioni ex parte materierũ cõuenientes subiecto fere eędẽ sunt, vti antea monuimus, & admodũ paucę sunt q̃bus differũt, cõditiones .n. q̃bus cõueniũt sunt, vt vtriusq; principia vera sint, prima, in mediata, priora, notiora, atq; causæ rei quęsitæ quod insup de omni, p se, secũdũ quod ipsum, & q̃ plures alię, quarũ infra meminit Philosophus. Paucę aũt sunt q̃bus secundũ mate-

45 riã differẽtia, prima nãq; cõditio est: in omni .n. specie demõnis oportet partes nõ solũ esse p se, verũ etiã proprias, & nõ tãtũ premissas, sed etiã quæsita, vt primo hu-

36. 41. ius: & proindę genus nõ de specie probatur, vti Auer. primo huius aduersus Themist. docet, nec nõ & quæsito primo. In definitione aũt differẽtia ita se habet: sed

30. minime genus, nã licet prędicatũ p se genus sit, primo poster. nõ tamẽ propriũ est,

4. 36. & 41. primo Topicorũ & primo poster. liquet, proinde mediũ aut demõnis quęsitũ esse neq;: Partes rursus prçmissarũ demõnis accidẽtia ppria esse possunt vti i demõne signi: secus aũt in definitione, nisi qñ differẽtię nomẽ latuerit, & accidẽtis notiori nomine vice illius vtimur: Partes insup demõnis hũc sortiũtur ordinẽ, vt prima pars vel nota nobis tãtũ, vt in demõne signi, aut naturæ tãtũ, vt i demõne ppter

16. q̃d vel vtroq; modo: vt in demõne simplici quę cõditiones in partibus definitionis nõ inueniunt. Ad huc definitio nõ dicit esse vel nõ esse, præmissa demõnis secus, vt primo huius cõstat. Differẽtiæ ergo ex pte materia, partiũ demõnis & definitionis paucę admodũ sunt sicut Auer. docet, cũ hæ tãtũ sint, quarũ meminimus: nõ igit sermone separato indigẽt, Adiecit, demõnes & definitiones secundum

8. 45. 48. has partes parũ differre p has partes materiales intelligit cõditiones, quoniam secũdũ partẽ formę differẽtiã habẽt, vt. 2. huius patet. Differũt .n. forma & fine, forma .n. q̃a definitio habet formã cõnexionis essentialis, demõ vero orationis enunti-

Dubiũ cõtra Auer. ciatiuæ, fine etiã seiũgũtur quoniã definitio q̃d, demõ quale scire facit. Verũ quo-

Solutio. niã satis res ex antea explicatis, elucet, lõgiorẽ nõ habebimus de ea sermonẽ. Sed Auer. causa vera nõ videt: nã licet paucæ sint cõditiones, nõ tamẽ inde seq videt q̃ nõ mereãtur tractatũ diuersum: si .n. difficiles cognitu fuerint ob illarũ difficultatẽ separatũ merent tractatũ: Soluimus, nã cũ hoc q̃ paucæ sint, cognitu etiã faciles sunt, neq; hoc ab Ari. sermone alienũ videt, q̃ in Topicis Topicos enumerãs locos, ibi cõditiones syllogismi Topici edocuit, quæ est, pars ex accidẽti in illo libro cõsiderata, & causa fuit, quoniã erãt admodũ paucæ cõditiones Topici syllogismi: & ob paucitatẽ illarũ sermonẽ distinctũ à Topicis locis nõ merebantur, vt postea magis clare docebimus: Ita quoniã paucæ sunt cõditiones q̃bus demõnes, & definitiones secundum materiã dfiunt, id eo non fuit opus sermone distincto, pariter quoniã faciles cognitu, vti inter cõditiones differẽtes ex parte materię

13. q̃d primo huius claret, definitio nõ dicit esse vel nõ esse, demõnis prçmissa esse vel non esse dicit, hęc facilis cognitu, quare non distinctim docenda.

Abramus. *Consueuerit uero meminisse de illis, ferendo in medium illas primas partes & iccirco non est partitus tractatus sui libri, in quatuor partes, prout fecit Al-*

*pharabius*

*pharabium hac itaque est libri intentio, & hæc scientia eius subiecta de quibus tractaturus est.*

Burana. *Consueuit uero Aristotiles de illis mentionem facere in introductione illarum primarum partium, & propterea non diuiditur speculatio in libro suo quatuor in partes, quemadmodum fecit Abunazar, hæc igitur est libri Intentio, & hæc sunt subiecta de quibus considerat.*

Edocet vbi nam illarum conditionum quæ admodum paucæ erant Aristotiles meminerit verum prius, nomina quibus vtitur, explicabimus. Per partes nanque præmissas demonstratiuas intelligit, quæ sunt partes, & demonstrationis materiæ: per primas, partes primas præmissas: nam primo huius, præmissam primam definiens, ait esse eam quæ priorem causam non habet, per quã sit uera, & ea causa est per quam res est, quæ propria atque conuertibilis, vt primo hu
I. n. II. ius, aut intendit proprias partes præmissas demonstrationis quæ primæ in doctrina dicuntur, quoniam partes instrumentis sunt priores fine, est enim definitio demonstrationis finis, & demonstratio illius est instrumentum, quoniam enim definitio latet, demonstratione educitur vt secundo huius patet, tamen primæ dicuntur, quoniam priores in esse, nam prius idem in esse à quo non conuertitur subsi
33. stendi consequẽtia at positis conditionibus partium definitionis demonstrationis partium conditiones ponuntur, & non vice sequitur versa vt primo huius. Quare ita litera est legenda, consueuit Aristo. meminisse mentionem facere de illis vtputa de conditionibus partium definitionis ferendo in medium partes primas quasi velit primo tractando eas de partibus demonstrationis, quæ definitionis partibus natura & doctrina, præferuntur, & propterea Aristotilem excusat, atque Alpharabium arguit, nam licet definitio materiam habeat & formam, eius tamen partes separatos Tractatus non merentur, eædem enim sunt conditiones ferè demonstrationis & definitionis secundum materiam, & proinde Arist. speculationem de definitione in duas partes non est partitus vt illam de demonstratione vti Alpharabius fecit. (Hac itaque) Epilogo colligit ea de quibus disseruit, & prius intentionem secundo subiecta colligit, est enim intentio conditiones & regulas atque attributa demonstrationis & definitionis aperire, subiecta autem demõstratio & definitio sunt quæ sub vno cõsiderandi modo, vtputa vt scientiã pariunt, speculãtur.

Abram. *Princepes uero partes ipsius sunt duæ, prout diximus, quarum prima est tractatus de demonstratione, & est quod continetur in primo huius lib. secunda uero pars, est tractatus de deffinitionibus quam continet secundus liber.*

Buran. *Partes uero primæ in quas diuiditur: Sunt duæ quemadmodum diximus prima est speculatio de demõne, & hæc est quã comprendit tractatus primus huius lib. secũda uero est speculatio de defintionibus & hæc est quam comprehendit tractatus secundus.*

Quatuor in aditu huius lib. explicare pollicitus fuerat inter quæ erat lib. distributio, quam modo exequitur, atque asserit primas partes: In quas primo lib. partitur esse duas quarum prima demonstrationem docet, quæ lib. primo absoluitur.
Dubium. Altera, & secunda de definitionibus est, quæ. 2. lib. continet. Primæ partes sunt partes vniuersaliores, qbus aliæ priores nõ sunt, in quas lib. partitio fiat. Sed dubiũ est, si sciẽtiarũ distributio ex subiecti principiis petẽda ẽ, vt Ari. & Aue. etiã primo
179. huius testant. Cur igit. Aue. sui: atque Ari. immemor ex subiecti speciebus hãc speculationẽ est partitus. Sed si quæ ibi Ari. explicat referemus, facilis erit dubii solutio
Solutio.

eo nanq; loco Aristote.docet,quo modo scientia vna & quomodo diuersa dicatur atq; fatetur scientiæ vnitatem ex subiecti vnitate esse petendam siue vnius naturæ,siue Analogum illud extiterit, & subiecti nomine non tantum rem consideratam sed intelligendi modum etiam intelligit vt Auer.est interpretatus. Scientiæ itidem diuersitas ex subiecti diuersitate petenda est,'quod alterum & alterũ est,ob eius principia,quare scientiæ diuersæ subiecti principiis seiunguntur.Sed vnius scientiæ partitio in plures partes si subiectum fuerit vnius naturæ ex tribus fieri potest,ex principiis speciebus,atq; propriis affectionibus, est enim aliqua scientiæ portio quæ de principiis differit quædam quæ de accidentibus,tertia quæ de speciebus, vtiq; naturalis scientiæ distributio tres in partes partitur, In contemplationem nanq; de principiis naturæ,quæ primo,secũdo,& octauo de physico auditu absoluitur, & in eam quæ de accidentibus,quæ communiter rebus naturæ insunt,quam reliqui physicorum libelli absoluunt tertia autem speculatio de speciebus rei sensibilis est,quam particulares libri absoluunt. Sed si scientiæ subiectum nomen extiterit ambiguum,cum illud aliud non sit quam suæ species atq; eius accidentia & principia,non nisi ea specierum sunt,fit igitur,vt prima scientiæ distributio ex speciebus eius sit postulanda. Quare sciendi instrumentum huius contemplationis subiectum cum nomen sit ambiguum iure ex eius speciebus partitio fit.

Abramus. *Primus uero liber partitur in minores portiones similiter & secundus nobis autem uisus est differre has singulas partes apud initium suæ expositionis, & distinctionis a præcedentibus illam, proinde satis sint nobis hic dicta. Sic enim sumus propriores breui loquio & omissioni prolixitatis.*

Burana. *Tractatus autem primus diuiditur etiam in partes minores: & similiter secundus nos autem uidimus hic q; directis in partes in principio expositionis & distinctionis ab eo quod precessit sufficit pro denunciatione ipsarum hoc in loco, & sic est proxima compendio, & longitudinem euitat.*

Dubium soluit an primus & secundus liber in portiones alias partiri possit, quod soluens fatetur in plures portiones secari posse, quas in præsentiarum afferre non opinatur,sed illas pollicetur initio suę expositionis explicare. Cuius rei duas præbet causas,quarum altera est quoniam breuis esse cupit,oratio nanq; prolixa atq; non vtilis fugienda est,Aristotilem[que] imitatus in hoc est Auerroes,qui semper vt potuit breuitati studuit,quod recta ratione facit. Philosophus nanq; quo fieri potest naturá imitatur,natura autem,neq; in superfluis abundat neq; in necessariis deficit sed paucis est contenta, cum res commode fieri potest. Ita philosophi faciunt,Debent enim paucitate & breuitate gaudere, & ea tantum referre, quæ proficua atq; necessaria esse opinantur. Quare cum in prohemiis vniuersalia: Tantum claudantur singularia enim tractatus explet,distributio igitur vniuersalis in prohemio sufficiens erit.

Abramus. *Illæ.n.non succedunt ordine sub uniuersalioribus generibus, sed de eis sermo in multis locis doctrinæ necessitate, qui autem uoluerit illas dissoluere ab illis locis: & dinumerare apud initium totius libri sua sit id facere.*

*Propterea.*

Burana. *Propterea quòd non ponuntur unico ordine sub quibus uniuersalibus: sed ordinantur in genere in compluribus locis, propter addiscentis necessitatem, qui autem uoluerit ipsas ex illis locis extrahere & eas in principio totius tractatus dinumerare: sua sit id facere.*

Secunda ratione monstrare aggreditur in prohemio particulares destributiones inutiles esse, cuius ratio vt eluceat magis supponere oportet, quæ in arte considerantur quatrifariam spargi, eorum enim quędam per se considerantur vt principia per se accidentia: atque species, scientia nanque demonstratiua ex his tribus cõflatur, quædam necessaria sunt, non tamen per se, quæ neque species, neque per se accidentia aut principia sunt vti secundo huius Philosophus causas quatuor considerauit quid earum vnaquæque sit, quo etiam pacto per quodque genus causæ demonstrari contingat ea nanque speculatio per se non est quoniam causæ neque principia species aut subiecti accidentia per se sunt, definitioni tamen necessariæ. Alia de bonitate in arte considerantur, vt ea disputatio prima huius habita aduersus veteres de demonstratione, quæ non necessaria sed bona dumtaxat scientiæ, ea nanque in scientia & arte de bonitate considerantur, quæ ex facientis voluntate pendent si enim ab ea accipiat, melius res se habebit, absque tamen eis commode res se habere potest, quoniam necessaria habet quæ à faciente demitti nequeunt, sunt rursus alia quę ex accidenti in scientia speculantur vti ea de infinito & vacuo in physicis contemplatio, supponendum rursus est partionem per se qua artitex vti debet genus in species suas vsque ad vltimas esse, quare sub partitione hac ea tantum inueniuntur quæ per se ab arte considerantur non quæ necessario. aut de bonitate aut ex accidenti: diuisio nanque per se ad partes solum per se ducit, subiecti etiam distributio ad per se accidentia per se diuisio est, verum à posteriori, quæ non nisi per se considerata claudit, pariter subiecti partitio in sua principia, per se est, quæ etiam non nisi per se considerata annectit, ex his Auerroes ratio claret quæ ita orditur. Id inutile atque in prohemio non agendum, quo finem & Scopum non consequimur, diuisione autem per se: qua artifex in prohemio vti debet finem non consequitur, inutilis igitur & dimittenda, partitione enim artifex omnia considerata in arte non inuenit vt enim ipse dicit non omnia considerata in hoc libro neque ille omnes partitiones successiuæ fieri possunt, & ordinatæ collocari sub generibus vniuersalibus diuisis, complura nanque in hoc libro: de necessitate de bonitate, atque ex accidenti considerantur quæ diuisione inueniri nequeunt. Sed dubium est num de doctrinę bonitate diuisiones singulares in prohemio sint faciundæ, licet non per se & necessario? Soluit indictionis calce Auerroes & asserit quod qui id de bonitate facere cupit, faciat, & sua sit hoc agere: & particulares diuisiones à locis proprijs remouere & apud initium vti in prologo totius numerare sua sit. Illud, tamen incongrue factum esse iudicat.

Aue. ratio.

Dubium.

Solutio.

Abramus. *Iuuamen uero eius est primarium Iuuamen inter Iuuamina quæ confert scientia Logicæ, & est scilicet instituere ueritatem omnium entium, Iam autem dictum est alibi de hoc Iuuamne.*

Burana. *Vtilitas uero huius lib. est prima utilitatum scientiæ Logicæ, hoc est instituere ueritatem entium uniuersaliter de hac autem utilitate locutus fui in alijs etiam locis.*

Tertium de quo differere pollicitus fuit nunc manifestare aggreditur illud .n. erat iuuamen quod ex re considerata fluit, res enim considerata demonstratio & diffinitio, quare iuuamen & vtilitatem aperire aggreditur, quod definitio, & demonstratio parit asseritque illud esse principium iuuamen inter complura quę scientiis, & artibus Logica præbet, quod asserit esse institutionem veritatis in omnibus
94. entibus, & nomine veritatis scientiam veram intelligit, quæ vt secundo huius, ea est quę naturę operi est conformis, natura autem ex causis opus producit, ita scientia vera quæ ex propriis fluit causis & hæc est, quę demonstratione & definitione habetur veritas enim quę ex cæteris instrumentis in Logica consideratis emanat rei veritas atque naturalis non est, cum naturæ conformis non sit veritas namque quædam est visa & opinata quę ex pręmissa visa & opinata fluit vt Topica veritas, alia apparens & non existens, veritas vt sophistica quæ ex præmissa apparente & non existente emanat, alia quę æque vel in maiori parte est vti poectica, quæ itidem ex poectica fit premissa, vti primo huius ipse Auerroes edocuit quare nomine
17. veritatis scientiam veram intendit, quæ naturæ operi conformis est quæ demonstratione & definitione habetur ait (Omnium entium) demonstrationes namque & definitiones de quibus in hoc libro differitur artibus omnibus & scientiis deseruiunt, quæ de omnibus entibus sunt, adiecit etiam (Instituere) nam sexto politicorum lex institutio recta est ad rectum finē instituta, ergo Logici est instrumentorum certas regulas edocere ad aduersas omniū entium scientias. Sed quis hæsitabit, quæ sunt illa plura iuuamina, quæ Logica præbet; secundo cur id quod hæc præstat doctrina primum est iuuamen, tertio vbi nam de hoc nomine differuit Auerroes cum asserat alibi se prolixiorem orationem habuisse? Sed soluimus hęc, & primum, tot enim iuuamina sunt, quę ars Logica prębet, quot instrumenta sunt, quare cum quinque instrumēta Logica edoceat ergo quinque erūt iuuamina quæ ex his fluunt, Logica namque cum instrumenta cognoscendi doceat, pręb et igitur ea omnia iuuamina quę ex his oriuntur instrumētis docet namque quinque instrumenta demōstrationem & definitionem in Analiticis posterioribus & instrumentum præbet, etiam quo Topicus vtitur, atque Rethoricum, Sophysticum quo sophista, & Poeticum, quo poeta utitur ex his quinque veritates quinque etiam emanant, vt demonstratiua definitiua quæ perfectæ veritates Topica, Elencha, atque poetica, complura igitur iuuamina Logica prębet, Secundum facile soluitur, nam cum prima inquisitio demonstrationem & definitionem doceat, quibus perfecta scientiā adipiscitur hæc cum reliquis longe pręstantior sit, est namque hominis perfectio & fœlicitas, iure primum iuuamen inter iuuamina hęc doctrina præbet proinde in calce huius prologi Auerroes testatur, cęteras Logicæ partes ad hanc doctrinam referri, quoniam eius iuuamen potius reliquis est. Soluitur & tertium inquęsitis namque Logicis de hoc iuuamine differuit vt puta tertio & quarto vbi fassus est scientiam esse perfectam quæ ex propria fluit causa ac naturę opus consequitur.

primum dubium. Secundum. tertium. Primi solutio. Secundi solutio. tertii solutio.

Abramus. *Verum tamen ordo ipsius est sine ullo dubio post librum priorum Analyticorum ob tres causas.*

Burana. *Ordo autem ipsius est post librum de syllogismo procul dubio tribus de causis.*

Quartum de quo desserere pollicitus fuerat aggreditur explicare, quod erat doctrinæ ordo, verum cūm ordo docendarum rerum in arte secundum prius & posterius

ordinatio sic, sit igitur vt addiscendi ordo duas in se claudat partes, quarum altera est prior, altera vero est posterior & proinde Auerroes de ordine huius libri differens aperit quæ pars Logicæ ante ipsum sit addiscēda, quæ vero post ipsum. Asseritq; ꝙ ordo ipsius in docendo est post librum de syllogismo sine dubio, & nemo de hoc ambigit. Quoniam ordo hic tribus de causis patet.

Abramus. *Quarum una est, quin communius est notius proprio, oportunum autem est ordine doctrinæ quòd notius præmittatur, prout in illatione quæsiti est procedere, concludendo quod latet ex noto.*

Burana. *Quarum una est, quoniam uniuersale notius est particulari, & oportet præcedere in ordine doctrinæ magis nota, quemadmodum oportet etiam in deductione quesiti procedere. Ibi enim procedimus à noto ad ignotum.*

Cap.4. Hæc est prima ratio seu causa, qua hanc contemplationem librum de syllogismo sequi demonstrat, quæ ex Aristotile sumitur primo priorum, & consimilis est
4 Aristotelis demonstrationi in primo de physico auditu, vt etiam Auerroes metfatetur, & ita orditur. Vniuersalia sunt primo addiscenda vt iubet Philosophus, vniuersalia nanq; notiora sunt, cum itaq; liber de syllogismo de vniuersalibus sit, est nanq; de syllogismo demonstrationis genere, præsens autem inquisitio de proprio est, nempe de syllogismi specie, vtputa de demonstratione. Quare liber de syllogismo in doctrina præferendus est. In hac autem ratione componenda simul præmissis probationes annectit, & proinde obscura, litera efficit. Vnde (Quin communius) probatio est maioris præmissæ, & ita ratio se habet, notiora sunt prẹferenda, cōmunia notiora sunt, igitur in doctrina præferenda de syllogismo prius minorē accipit, quæ hẹc est (Quin communius est notius proprio) minor autem
primo. his verbis habetur: oportunum autem est ordine doctrinæ quòd notius præmittatur. Inquit oportunum optimum, nam quinto primæ philosophiæ principium doctrinẹ interdum est vnde optime fit vnumquodq; vti oportunū, quare cum doctrinæ ordo à notioribus sit optimus, iure rectè adiecit oportunum est. Verum quoniam maior prẹmissa pro syllogismi, quòd notius videlicet in doctrina præferatur latens erat, à simili monstrat ex illatione quæsiti, & per illationem quẹsiti viam doctrinæ: quẹ sciendi instrumentum est, vtputa demonstrationem intenditur, & ita syllogismus fieri potest. In quaq; enim argumentationis specie ex præ notis atq; prẹconcessis procedimus vti inductione patet, & ideo Philosophus in aditu huius lib. omnem doctrinam dianoeticam ex præ notione quorundam fieri
11. & 12. asseuerauit & primo eiusdem scientiam simpliciter non nisi ex prænotioribus prẹmissis nobis & naturæ fieri asseruit. Scientia etiam demonstrationis quia ex prẹnotiori nobis vt ex effectu. Scientia itidem demonstrationis causæ tantum ex causa prius nobis signi demonstratione manifesta fit, definitio itidem, quæ licet quẹsiti illatio non dicit ab Auerroe, ex præ notis tamen partibus fluit, vt sexto Topico. patet in illatione igitur quæsiti ex nobis prẹ notis semper exordiri. Quare ita in ordine doctrinẹ est proficiscendum. Via nanq; doctrinẹ licet à doctrinẹ ordine seiungatur, quoniā illa instrumentum est ad rei scientiam, hic vero rerum ordo quæ instrumentis sciri debēt proportione tamen quadam conueniunt, vtraq; enim vni fini referuntur, via nanq; doctrinẹ est, quod doctrinam rerum pa-

rit,ordo autem res docendas vt sciantur,ordinat,adhuc conueniunt,quoniam ambo artificiosam doctrinam pariunt, postremo,quoniam quidam progressus sunt ab vno ad aliud,sciendi instrumentum à præmissis ad cōditionem,doctrinę ordo ab vna re ad aliam docendam,ex his Auer.ratio ex proportione claret.

Abramus. *Vniuersale uero est notius apud nos particulari, hoc est minus uniuersale eo, quoniam uniuersale. Simile est composito & particulare est simile parti, sicq́ prout uniuersum compositum est notius apud nos suis partibus, ita uniuersale est notius apud nos proprio.*

Burana. *Vniuersale uero notius est particulari hoc est minus uniuersali quoniam uniuersale assimilatur composito particulare autem assimilatur partibus, & quemadmodum uniuersale compositum notius est apud nos suis partibus, consimiliter hoc uniuersale apud nos notius est appropriato.*

Probat syllogismi probātis,seu pro syllogismi,minorē,quę fuit,vniuersale proprio notius est,quam prius accipit,mox illam aggreditur monstrare,& se exponēs ait nomine particularis minus vniuersale intelligere, quod proinde factum est quoniam singularium nulla est scientia,q̄ minus vniuersali notius vniuersale sit a simili ita probat,qua etiam arguendi norma Aristotiles in aditu de physico audi-
4. & 5. tu est vsus,vti se habet compositum apud sensum in sensu ita uniuersale apud intellectum,totum autem atq; apud sensum compositum suis partibus notius est,id Auer.non probat,neq; etiam Aristot.primo physi.probauit,quoniam sensibus ipsis perspicuum & manifestum est. Quare vt manifestum despicitur,totum igitur apud sensum suis partibus notius est,quare & vniuersale apud rationem suis partibus notius est.Sed quomodo par iuditium sit de vniuersali & toto postea Aue. explicabit,totum.n.quod sensus comprehendit vti tertio de anima satis constat,
9 singulare est,at totum quod ratio compræhendit vniuersale est,singulare autem vere ens est vt secundo de ortu & interitu,& extra animam esse habet, & ideo vere
59. totum,quoniam apud naturam totum.Vniuersale autem,quoniam secundum intellectum totum,non vere totum. Adhuc verò totum partes actu continet, vni-
13.14.et.15. uersale autem potentia, vt nono primæ philosophię singulare autem actu partes sortitur,quare vere totum,vniuersale autem secus. Inde fit vt singularium partes vere partes,vniuersalium vero partes quodammodo partes,quoniam potentia non actu partes,& quanuis vniuersalis partes vere partes non sint,ex proportione tamen partibus singularium respondent.

Abramus. *Illud enim continet multas res proprias seu partes aut quo uis nomine eas appellaueris, hoc autem iam explicaret Aristotiles manifestissime in cap. physicarum auscultationum.*

Burana. *Propterea qui continet res multas appropriatas aut partes aut quomodocunq; nuncupare uolueris, hoc autem declarauit Aristotiles in fine declarationis principij naturalis auditus.*

Quod vniuersale totum apud sensum ex proportione respondeat iam probare aggreditur & vtitur Aristo. probatione,qua in principio physi. auditus est vsus,

id quod

id quod multa comprehendit vt partes totum & compositum est nempe de ratione totius est partes habere, vniuersale autem multa vt partes comprahendit, quoniam minus vniuersale, ergo totum & compositum est, verum vniuersale vere totum non est neque eius partes vere partes, sed secundum proportionem partes vocantur, vti antea docuimus, Iure ait (Aut quo vis alio nomine vocauerit) postremo idẽ Ari. testimonio manifestat, qui in aditu libri physi. idem quod Aue. testatur, immo iisdem vtitur rationibus vocat autem prohemium caput, quoniã lib. principium est hos imitatus, qui animalis caput principium esse asseuerarũt.

Abramus. *Secunda autem causa est, quia essentialis tractatus fit dum consideratur dispositio uniuersalis in quantum inest suo uniuersali subiecto, non suis particularibus, exempli gratia dum demonstrator commõstrat angulos æquos duobus rectis inesse Trigono, Scaleno fit eius consideratio non secundum quod ipsum hoc est dictu, quod præmissæ quibus hoc commonstratur non sunt primæ, neque illarum prædicatio est secundum quod ipsum prout infra in hoc libro apparebit.*

Burana. *Causa autem secunda est quoniam speculatio essentialis est, cum speculamur de aliquo uniuersali secundum quod inest subiecto uniuersali, non aũt subiecto particulari exemplo est demonstratio qua ostendimus quod anguli æquales duobus rectis insunt triangulo inæqualium laterum, hæc enim non est speculatio essentialis. quoniam uidelicet propositiones per quas, monstratur hoc non sunt primæ, neque prædicata secundum quod ipsum ut monstrabitur in sequentibus huius libri.*

Secunda demõne librum de syllogismo huic libro preferri monstrare aggreditur quo autem pacto ratio eius veniat ordienda postea aperiemus prius tamen ipsius sermonem interpretabimur qui vt clareat accipere oportet, vt postea

36. & 53. patebit magis, consideratio essentialis per se atque prima, tunc in arte fit, cum prędicatum primum atque vniuersale suo subiecto vniuersali, non suis partibus inesse monstratur, essentiale autem idem quod per se atque prædicatum primum inde à re considerata consideratio essentialis, vt quę de prædicato per se & primo fit, nuucupatur & proinde literam percurramus, secunda causa est, quare essentialis tractatus vti per se consideratio fit dum consideratur dispositio hoc est prędicatum nomine enim dispositionis prædicatum audit, causa quoniam cum subiecto illud inest subiectum ad esse suum disponit, quare speculatio per se fit cum prædicatũ vniuersale suo vniuersali subiecto, non autem particularibus subiectis inesse consideratur, vniuersale nanque sobiectum illud dicitur quod tres claudit conditiones, puta de omni per se & secundum quód ipsum, hoc

36. enim est vniuersali esse vt primo huius constat, quòd videlicet de omni per se & secundum quód ipsum quare subiectum vniuersale quod cum prædicato conuertitur & vniuersale prędicatum cum vniuersali subiecto conuertitur. Particulare autem subiectum aut prædicatum, ea sunt quæ non conuertuntur, sed quorum alterum altero aut vniuersalius aut minus est, speculatio igitur essentialis atque per se quæ fit constat, quoniam est cum prædicatum vniuersale subiecto vniuersali inest quod idem est, cum prędicatum omni subiecto per se secundum quod ipsum inest, vnde si aliqua harum deficit

ita q non de subiecto omni, aut non per se, aut non secundum q ipsum vti cum sub iecto particulari prædicatum vniuersale inest, non per se ea contemplatio sed ex accidenti, quod Auerroes exemplo planum fieri potest, vt cum prædicatum vniuersale subiecto inest particulari si.n. hoc prædicatũ mõstrandum accipiamus habere videlicet tresangulos equos duobus rectis prædicatũ vniuersale est rõ triãguli & triangulus vniuersale subiectum est, ei nanq per se & secundum quod ipsum inest at si idem prædicatum de Scaleno trianguli specie monstratur, prædicatum non erit vniuersale, Scaleno enim secundum quod ipsum non inest, quoniã cum eo conuerteretur atq ei tantum inesset, non igitur reliquis trianguli speciebus & isocheli & æquicruro, Scaleno igitur ex accidenti inest, per se autem triangulo quod ita monstrari potest, prædicatum enim pluribus competens & vni non per alterum, illis per tertium inesse est opus quare cum habere tresangulos omnibus trianguli speciebus insit & vni non per alteram ergo per naturam communem trianguli ei igitur primo & secundum quod ipsum inest, quare eius cõsideratio per se, Scaleno autem ex accidenti. (Hoc est dictum) his verbis explicare intendit quæ speculatio per se non sit, & vt verba ipsius clareant est opus supponere quod prædicatum primum quod nũc secundum q ipsum nuncupat, bipartitur, vt infra pa-
30. & 41. tebit, alterum nanq primum dicitur subiecti, primitate, alterum primum merito causæ, prædicatum autem ob subiectum primum prædicata sunt secundi modi vtputa quæ conuertuntur, omne nanq prædicatum primum conuertitur, prędicata autem secundi modi prima dicuntur, nam & si causam priorem habeant, qua subiecto insint, tamen quoniam inter medio subiecto non insunt, prima prædicata vocantur, puta risibile hoc inest per causam priorem non tamen per subiectum inter medium, prędicatum autem primum merito causę id dicitur, quod causam priorem non habet, qua subiecto insit, vti definitio, & vltima differentia quæ prædicata primi modi sunt causa enim priori vacant qua subiecto insit, ex his claret sermo Auerrois consideratio prædicati vniuersalis de subiecto particulari, vtputa habere tresangulos de Scaleno, nõ est per se atq essentialis, videlicet quod præmissę quibus monstratur habere tresangulos de Scaleno non sunt primę atq essentiales, neq rursus habere tresangulos cum de Scaleno in conclusione prędicatum, vniuersaliter dicitur, cum non insit secundum quod ipsum, quare cum neq præmissæ probantes neq conclusio vniuersalia sint quare ea considera- tio, non per se sed ex accidenti vt ex Aristotelis progressu magis infra patebit,
54. subdit, prędicatum conclusionis esse secundum q ipsum, infra enim penes hoc Themisti. & Alexandrum carpit, qui prædicata conclusionis non esse opus vt prima sint asseruere.

Abramus. *At ille qui nititur commonstrare quod oratio composita ex duabus præmissis ueris sit oratio syllogistica, est sicut ille qui conatur commonstrare angulos Scalem uel isocbelis esse æquos duobus rectis, sicut enim æquitas angulorum duobus rectis non inest Scaleno inquantum est Scalenus, sed inquantum est trigonus, sic compositio syllogistica inest duabus ueris præmissis, hoc est dictu quod illa quę infert non est eius quantus illæ sunt ueræ, sed solum inquantum sunt præmissæ, hæc ita est secunda causa.*

Et

*Et demonstratio qua monstratur quòd oratio composita ex binis propositionibus ueris, est oratio syllogistica aut quemadmodum oratio qua monstratur quòd triangulus inæqualium & æqualium basium habent angulos æquales duobus, rectis, & hoc, quoniam sicut æqualitas angulorum duobus rectis non inest triangulo inæqualium laterum secundum quòd inæqualium laterum, sed secundum quòd est triangulus sit & complicatio syllogistica inest propositionibus ueris, hoc est quòd concludit modo secundum quòd sunt ueræ, sed secundum quòd sunt duæ propositiones tantum hæc igitur est causa secunda.*

Effatum quod accepit proposito annectit, asserens, illum, qui conatur commonstrare, orationem compositam ex duabus præmissis veris etiam orationem syllogisticam atque proprietates syllogismi monstrat prædicatum vniuersale de subiecto particulari, quare hæc ipsa speculatio ex accidenti erit, & ratio eius à simili ordienda venit, is, qui monstrare nititur demonstrationem syllogismum esse, aut orationem in qua positis quibusdam ex his aliud quid necessario euenit, aut alia syllogismi attributa similis illi efficitur qui trianguli angulos æquos duobus rectis trianguli attributum de Isochele aut scaleno trianguli speciebus commonstrat quoniam vtrobique prædicatum vniuersale de subiecto particulari monstratur. Ergo vti antea patuit, cum speculatio hæc ex accidenti sit ergo & illa erit ex accidenti. Verum quoniam quibusdam vtitur verbis Auerroes quæ orationem obscuram reddunt, proinde illa interpretabimur, per orationem compositam ex duabus veris præmissis demonstrationem audit, nam vt primo priorum patet oratio composita ex duabus premissis est syllogismus, quare ex premissis veris oratio composita demonstratio erit, oratio syllogistica idem quod syllogismus sonat, quare verborum sententia est qui conatur commonstrare syllogismi definitionem aut eius attributa de demonstratione monstrat vniuersale prædicatum de particulari subiecto, quare hæc ipsa consideratio ex accidenti erit, ait, conatur demonstrare, nam vere non demonstrat, quoniam prædicatum ex accidenti accipit, quare demonstrationem per accidens & particularem construit, quæ æquiuoce demonstratio dicitur (sicut enim æquitas) his verbis ex accepta similitudine propositum commostrat, vti enim habere tres trianguli attributum cum de Scaleno monstratur hæc consideratio, non per se, sed ex accidenti est, quoniam Scaleno vt Scalenus non inest, sed per generis naturam vtputa merito quatuor trianguli ita cum de demonstratione syllogismi diffinitio aut eiusdem aliqua affectio probatur, cum huiusmodi prædicata demonstrationi non secundum quòd demonstratio est congruant sed ob generis vtputa syllogismi naturam hæc ipsa igitur contemplatio non per se, sed ex accidenti erit & verborum sensus hic est, t literam percurrenti patet, sicut enim æquitas angulorum duobus rectis non inest Scaleno, quoniam non per eius naturam nam tunc Scaleno tantum competeret, conuenit quare ei ut trigonus est ac om naturam trianguli ita compositio syllogistica syllogismi inest duabus præmissis veris vtputa demoni non per se quatenus præmissæ veræ, vt demõ videlicet, tunc.n.demoni tantum conueniret, & non reliquis syllogismi spiciebus. Igitur ex accidenti accipe

per naturam superioris (Hoc est dictum) terminos quibus est vsus aperit, asseruit syllogisticam orationem præmissis inesse, e non quatenus præmissis veræ, nunc quid per hanc verborum congeriem intelligat, manifestat hoc est dictum volo debere ea prędicata, qua infert qui conatur monstrare non inesse, quatenus præmissæ veræ idest non conuenire eis vt præmissæ veræ & demonstratio, sed vt sunt præmissę in communi videlicet, vt syllogismo conueniunt ex his plane colligitur syllogismum dumtaxat suas præmissas esse conclusionem autem ad eius naturam non attinere, cum illius sit effectus vti ex diffinitione syllogismi, claret, nempe dicitur ex præmissis positis inferre aliud vt puta suum finem atque effectum, quare syllogismi natura atque subiecta oratio est ex duabus præmissis positis, & ideo Auerroes per duas pręmissas syllogismű audit, sed dubium est quo pacto ea causa hac secűda colligatur, librum de syllogismo huic speculationi esse præferendum, vt res quæsita clareat id supponere oportet quòd Aristotiles primo, de physico auditu monstrauit particularia compręhendi non posse nisi vniuersalibus cognitis eorum enim exacte cognitio ex vniuersalibus pendet, quod Aristotile Authore monstrari potest, qui primo priorum proinde asserit de syllogismo prius velle differere quoniá demonstratio syllogismus est, quare quid demőstratio sit ex arte compræhendi nequit, nisi quid syllogismus, sit prius pernoscamus, & sexto Topic. iubet antequam aliquid definiendum definiatur prius partes definitionem ingredientes esse docendas inter quas primum occurrit, quod vniuersale mox differentia quæ particularis quare cum singularia non vniuersalibus cognitis comprę hendi nequeunt & pręcipue in definitione vbi genus est, quod vt prius inesse ita incognosci, vt ordo seruetur necessario, ex his patula fit ratio q cupit ex arte quid demonstratio sit compræhendere opus est vt ipsius genus prius noscat quod syllogismus est vt primo huius patet est namque demonstratio syllogismus faciens scire syllogismi, autẽ ex acte cognitio fieri nequit nisi natura atque eius attributa noscantur in cognitione nanque quid rei est opus partes ax acte compræhendere, hoc .n. qd rei, quid nominis definitione seiungitur, in ea enim partes perfecte non intelliguntur, vti Auerroes primo huius fatetur, ergo syllogismus demonstrationis genus atque pars antequam de demonstratione sciatur vt perfecte noscatur prius est opus, quare cum speculatio de syllogismo quod ea quæ ei insunt per se vt puta sua definitio & sua accidentia per se sit atque essentialis, consideratio demonstrationis quòd syllogismus sit & oratio, in qua quibusdam positis aliud æuenit necessario: ex accidenti ea sit ex accidenti consequi per se considerationem debet & non illi præferre, quare cum ea per se consideratio in libro priorum, quæ vero ex accidenti in hoc libro, liber igitur de syllogismo necessario præferendus est, cognitio nanque illa in libro de syllogismo habita priorum demonstrationi ex accidenti est, monuimus enim antea prædicata propria superiorum inferioribus accedere, quoniam non primo nam eis ob naturam communem conueniunt, quare eorum contemplatio inferiorum non per se, & propria sed ex accidẽti erit,

Quo modo ex causa secunda intentus probatur aperitur

4. & 57.

primo

secundo.

Abramus.

*Tertia uero causa est quia sic non contingit eiusdem repetitio in doctrina: procedens .n. hoc modo doctrinæ contingit quòd hanc eandem rem commonstrat propria de præmissis ueris et de probabilibus ex alijs speciebus præmissarum proprijs, si quæ aliæ sunt præmissæ quæ construant syllogismum perfectum secundum figuram partes has duas species præmissarum.*

Causa

Textus. *Causa autem tertia est quia sic non contingit iteratio in doctrina propterea quòd qui facit doctrinam per hunc modum monstrare poterit per se ex propositionibus ueris seorsum & probabilibus seorsum & reliquis etiam speciebus propositionum si inuenientur propositiones aliæ quæ faciant syllogismum perfectum in figura præter has duas propositionum species.*

Tertia ratio,quæ cognitu facilis est,atq; ita ordítur,si inquisitio de demõstratione libro de syllogismo præferetur idẽ pluries in arte imo inutiliter repeteretur. Inutilis nanq; repetitio in doctrina fugienda est,nempe scientia vero quæ

94 naturæ persimilis est vt secundo huius Auerroes,natura autem in superfluis non abundãt sed paucissimis quibus res commode fieri potest,est contenta ita rei sciẽtia vera paucis est contenta & idem pluries non repetit, quare fugienda inutilis eiusdem rei repetitio,si non liber priorum præfertur non sequitur eiusdem rei inutilis repetitio,ergo hoc ordine doctrinę melius est vt liber de syllogismo præferatur, sed quo pacto Inutilis eiusdem rei repetitio accidat,non claret,proinde Auerroes hoc planum fecit si nanq; liber de demonstratione prius doceretur accideret,si quis ex arte illam comprehendere cupit definitionem,& syllogismi attributa in libro priorum edocta de præmissis veris vtpote de demonstratione cõmonstrare in libro de demonstratione,& de Topicis præmissis hæc eadem in lib. Topic.& de aliis propriis syllogismi speciebus in reliqui propriis lib'.& postea iterum in libro priorum si lib.priorum non præcederet,quare syllogismi cognitionem pluries repetere esset opus,si modo reliquis propriis partibus præfertur pluries repetitio non accidit,nam syllogismi cognitio speciebus syllogismi necessaria ex libro priorum supponeretur adiecit si quę aliæ sunt pręmissę vtitur hypothesi,si aliæ pręmissæ sint præter Topicam & demonstratiuam,quæ faciunt syllogismum perfectum vti figuram perfectam,quoniam ignotum naturaliter, solum Topica & demonstratiua præmissa manifestat Topica per cõmunia,'demonstratiua propria eiusmodi quare pręmissę propriæ figuram habent propriam reliquę autem præmissę vtputa Rethoricæ,Poeticæ,& Elenchæ ignotum naturaliter nõ manifestant,& ideo perfectum syllogismum non faciunt,ita enim natura & definitione syllogismi non participent syllogismus enim aliud manifestat vtputa ignotum naturaliter,quare cur hypothesi vtatur constat,quasi velit ob reliquas præmissas non esse necessarium syllogismi naturam atq; attributa noscere,aut ob syllogismum Elenchium,qui figuram syllogismi,videtur habere, non tamen habet, est nanq; quidam Elenchus syllogismus qui perfectam figuram seruat vtputa qui in materia peccat,quoniam falsas apparentes tamen accipit præmissas, figuram tamen non vitiat,sunt enim pręmissę recto ordine positæ,quidam vice versa se habet vt qui figuram & syllogismi formã vitiat vti si syllogizetur omne animal substantia omnis homo substantia,ergo omnis homo animal ex ambabus enim' affirmatiuis in secunda figura arguitur quidam quinq; materiam neq; syllogismi formam seruat sed formam & materiam vitiat,ob hos autem syllogismos qui figuram syllogismi vitiant hypothesi est vsus, ob hos non necessario perfecta syllogismi cognitio procedit, ait pręmissa: quoniam antea docuimus syllogismum non esse nisi suas præmissas conclusio nanq; aliud à syllogismo est qui finis eius,a pari se habent species syllogismorum non sunt enim nisi species præmissarum. Vnde syllogismus est præmissarum compositio,præmissa nanq; visa omnibus,aut pluribus,aut

ſapientibus primo Topicorum, Topica eſt, præmiſſæ veræ demonſtratio, pariter & alii ſyllogiſmi, non niſi præmiſſarum compoſitiones iure igitur vice ſyllogiſmi pręmiſſas accepit, hic Auerrois ordo ex Ariſtotile primo Topico. plane colligitur vbi prius ſyllogiſmũ ſimpliciter definit ſecundo ſyllogiſmi ſpecies, aperiẽs quaſi ordine hoc eſſe ordinandos.

Abramus. *Non eſt autem res ulla in iſta doctrina inferens proponi, aut ſuccedere ipſam reliquis proprijs libris id uero fit propter quod melius eſt, hoc eſt, hoc eſt dictum, quod ipſum præponi ſit melius, quia ipſe eſt, qui primo intenditur à communiori parte, reliquæ uero ſecundo intenduntur, & ideo dum Ariſtotiles initiatus eſt librum priorum Analyico: declarauit & ſignificauit intentum ipſius ex illo eſſe hunc librum, & inſtituit ſcrutinium ſyllogiſmi obſcrutantium demonſtrationis.*

Burana. *Præponi autem aut poſtponi librum hunc reliquis libris proprijs nihil eſt, quod cogat pro doctrinæ modo, ſed propter maius bonum, hoc eſt quòd melius ſe habet, ipſe enim eſt qui primo intenditur in parte communi, reliquæ uero ſecundo intenduntur, & ideo exorſus eſt Ariſtotiles librum de ſyllogiſmo monſtrans & ſignificans quòd intentio ipſius in ſermone ſuo eſt hic liber quod enim in hoc inueſtigatur eſt demonſtratio, quod autem ibi, eſt ſyllogiſmus ibi autem inquiſitio fit de ſyllogiſmo propter inquiſitionem de demonſtratione.*

Ordinem prius docuimus, duo vt prius & poſterius claudere cum itaq; quis liber huic ſpeculationi præferatur ſit oſtenſum, nunc quis poſterior atq; hanc inſequatur monſtrat, hæc enim inquiſitio ad duo referri poteſt, & ad eam de ſyllogiſmo in communi contemplationem, quam ſpeculationi de ſpeciebus ſyllogiſmi eſſe præferendam docuit, poteſt & rurſus referri ad eam de Topico atq; Elencho ſyllogiſmo, quam rem nunc explicare aggreditur. Verum quoniam par eſt iudiciũ de libro Elẽchorũ, atq; Topicorũ eſt, nanq; Elẽchus ſyllogiſmus illius obliquitas, atq; idem ſui & obliqui iudex eſt proinde his tantum de libro Topicorum & poſteriorum oritur, quis nam eorum præferendus ſit, quod perſoluens Auerroes prius ſuam refert ſententiam, mox aliorum, ſed vt clareat ſermo annotare oportet, doctrinę ordinem trifariam ſpargi, vt idem Auerroes in ſumma primi Methe. teſtatur. Alter nanq; ſecundum neceſſarium eſt, qui is eſt, cum res ea primo addiſcenda occurrit, ſine qua poſterior res addiſci nequit, vti primo de anima Auerroes aſſerit hiſtoriam de anima libro de animalibus neceſſario eſſe præferendam, anima enim principium ſine quo exacte animam compręhendi nequit. Ita Ariſtotiles primo phyſico. concluſit, principia naturæ primo docenda, perfecta nanq; rerum naturalium ſcientia ſine principiis haberi non poteſt quare de principiis contemplatio hoc ordine ei quę eſt de effectibus pręfertur vnde quinto Metha. Ariſtotiles ſcientiam de Literis & Grammaticę principiis cęteras cognitiones eiuſdem anteire. Alter ordo ſecundum melius appellari conſueuit, qui bipartitus eſt ſecundum notius & ſecundum præſtantius, interdum enim melius eſt, vt nobilius atq; notius præferatur, licet non neceſſario, vt primo Metheorum Auerroes ſcientia de animalibus ei quę de anima eſt ſecundum melius & notius pręfertur, melius nanq; eſt vt notiora præcedant vti partes quæ materia animalis ſunt, ſunt

triplex doctrinæ ordo. qs¹ ordo ſecundum neceſſarium. 2

4. & 57. n. in actu atque sensibus subiectæ, anima autem forma non sensibus subiecta est &
ita primo physi. vniuersalia in doctrina secundum melius & notius præferuntur
accidit tamen interdum vt Auerroes quinto metha. annotauit principium cogno
scendi interdum cognitionis tantum, interdum cognitionis, & esse; si cognitionis
tantum est, quoniam notitię causa tantum ordo doctrinæ ab eo secundum me-
lius & notius tantum erit, si vero principium cognitionis & esse erit, principium
doctrinę ab illo secundum melius & notius, atque secundum necessarium fiet secun-
dum enim necessarium quoniam prius inesse atque id sine quo posterior res perfecte
non comprehenditur, secundum notius autem quatenus res prius nota alterius no
titiam facit, vniuersale nanque primo physi. vtroque modo cognoscendū est prius pro-
prio secundum necessarium enim quia prius inesse. secundum melius quia notius,
Postremus doctrinæ ordo est secundum nobilius interdum enim à nobiliori exor-
47. diri melius est, non tamen necessarium exemplum secundo de anima visus tactui
præfertur secundum melius, quoniam nobilior, ita etiam simplicis demonstrationis
cognitio, quæ hoc libro absoluitur reliquarum demonstrationum agnitioni
litera. præfertur, Melius enim est atque inter species præstantior; his iactis literę exposi-
tionem aggrediamur, neque in ista doctrina est res aliqua causa & ratio quæ in-
fert ordinem succedendi & præponendi hanc doctrinam libri post. succedi aut
præponi reliquis libris propriis, vti quæ de reliquis syllogismi speciebus dispu-
tant, vti Topicorum, & Elenchorum libelli sunt, quasi velit vt paucis eius senten-
Ordine secundum. tiā absoluamus quòd præsens inquisitio doctrinæ ordine secūdū necessariū neque
præfertur, neque reliquis libris propriis succedit, huius causa, quę infra clarebit, est
hæc, nanque contemplatio, quæ priora inesse & principia sunt, aut posteriora inesse
& effectus ratio eorum quę in propriis libris habentur, non considerat, demonstra-
tio nanque & reliquæ syllogismi species coæquæ sunt, atque altera alterius princi-
pium & causa inesse non est, quare inter has nullus erit necessarius ordo, neque iti-
dem ordo secundum notius inter ipsas est, vt postea ipse Auerroes docebit, nihil
enim in hoc libro notius est, neque vice versa in reliquis libris aliquid notius est. quin
immo si secundum melius & notius libri proprii Logicæ essent in doctrina col-
locandi maxime liber hic reliquis esset præferendus vt Auerroes infra monstrabit
& proinde asserit hanc inquisitionem ordine, qui est secundum necessarium & me
lius, videlicet notius non esse præferendam, sed reliquis libris propriis, præfer-
tur, secundum ordinem qui secundum nobilius dicitur, & quoniam ordo secundū
melius bipartitus est secundum notius & nobilius, ideo se exponens ait, hoc est di-
ctum, idest volo dicere, quòd ipsum præponi sit melius tantum ipse est, qui primo
est intentus à parte communi vt à libro de syllogismo qui pars communis voca-
tur, quoniam de syllogismo genere demonstrationis, quod ratione confirmat, quæ
ita ordienda venit; species generis, quæ primo intenditur, inter alias est longe prę
stantior reliquis quæ secundo intenduntur, demōstratio autem syllogismi species
primo intenta est, reliquę autem syllogismi species secundo intenduntur, demon-
stratio igitur præstantior, quare cum à re considerata præstantiam sortiatur scien
tia, vt primo de anima reliquis igitur, partibus propriis hęc speculatio præstan-
primo tior est, iure igitur hoc ordine reliquis præferenda. Id etiam ex Aristotile planum
facit qui in libri priorum planè hunc librum esse Scopum & intentum asse-
uerauit, cum dicit intentionem esse de demonstratione, quem locum Auerroes ibi
exponens, ait licet de syllogismo simpliciter, sit sermo institutus de eo tamen ob

demonstrationem vti postea eodem libro Aristotiles exponit, cum causam præbet cur de syllogismo prius quàm de demonstratione disputet, & proinde philosophus primo Topicorum prius syllogismum simpliciter definit, secundo demonstrationem, tertio syllogismum Topi. postremo Elenchum notans hoc ordine libros esse ordinandos, & primo Elenchorum ait de demonstratiuis primo in Analyti. dixisse de Dyalecticis in libro Topico. nunc autem quasi dicat tertio loco de litigiosis, & secundo huius Epilogo colligens quòd in aditu libri priorum proposuerat simul iunctim sine medio dixit dictum est de syllogismo & demonstratione atque demonstratiua scientia.

Cap. 5.

teo.

Abramus. *Quidam autem putauerunt quòd sicut melius in scrutinio ignoti præponi & scrutari de illo Dyalecticæ, deinde succedat de illo scrutinium demonstratiuum, sic in doctrina melius est, quòd præcedat liber Topicorum, quæ est pars communior, deinde succedat liber post. Analyticorum.*

Burana. *Existimauerunt autem nonnulli: quòd quemadmodum melius est, ut primo inquiramus de aliquo intelligibili & inuestigemus per uiam Dyalectice postea sequatur inquisitio demonstratiua, ita melius sit in doctrina ut incipiamus a libro Dyalectice post partem communem, deinde sequatur liber de demonstratione.*

Opinio auic. grammatici. Quorundam vt Grammatici & Auicennæ sententiam refert, quam mox carpit erat nanque eorum opinio quòd liber Topicorum huic libro præferatur ordine doctrinæ secundum melius videlicet notius atque secundum necessarium, quod secundum melius sit præferendus, à simili ita suadēt, vti in scrutinio ignoti Topi. demonstratori præfertur. Ita liber Top. libro de demonstratione, vt perspicua ratio fiat id annotamus primo Topico. inter complura iuuamina quæ Topica ars præbet, vnum est, quod in re dubia atque difficili Topica consideratio præfertur, cum quoniam ex omnibus fluit, tum quia ad vtranque partem arguit ex Topica nanque consideratione sæpe veritas claret vti ex Aristotile constat, qui primo de physico auditu monstrans, an principia sint contraria, Dyalecticis sermonibus est vsus, ex quibus postea ostendit quę principia sint contraria, quæ vero nequaquam, claret igitur cum res dubia, atque cognitu difficilis differenda prẹponitur Logica consideratio demonstratiuę præfertur à pari in docendo regulas quibus demonstratio conficitur, ac Topicus syllogismus fieri debet, quidam vti Auicenna, & Grāmaticus putauerunt, quod sicut melius in scrutinio ignoti, & nomine scrutinii instrumentum seu syllogismum intendit, quo ignota conclusio fit manifesta, quare verborum sententia est, vti in speculatione rei dubiæ, & ignotæ melius est, vt rationes Logicę pręferātur, quando enim dubia res differenda proponitur demonstratiua ratio, Topicis rationibus succedit, sic in doctrina puta in docendi ordine melius est vt Topica ars huic inquisitioni præferatur. Sed quoad verba attinet varia scriptura reperitur, illa Buranæ, quæ ita se habet, perspicua est, vt incipiamus à libro Dyalectices post partem communem, & intendit librum de syllogismo. Illa autem Abrami, secus se habet, nam ita est. Melius est, quod pręcedit liber Topicorum quę est pars cōmunior, quare iuxta hanc scripturam ars Topica dicitur pars communis. Iuxta quam si litera interpretetur illis verbis aliam Auicennę rationem latenter tangit,

Prima ratio eorum.

litera.

auic. rō 2.

tangit,

tangit, quæ ita ordienda venit. Vniuersalia cum faciliora sint in doctrina præferuntur vt in primo di physico auditu patet. Præmissas autem Topicæ atque diuulgatæ quæ libro Topicorum considerantur demonstratiuis præmissis, de quibus speculatio disputat, hic maioris sunt ambitus, in doctrina igitur præferuntur, minor ex Arist. constat, qui ex prædicatis communibus, præmissas Topicas demonstratiuas verò ex propriis constare asseuerat. Communes igitur, & vniuersales erunt

Aliæ ratio nis q; Auicennæ. ex alio rursus eadem prop. monstrari potest id, à quo subiiciendi consequentia non, conuertitur, communius, atque vniuersalius est, ita enim libro de syllogismo demonstratione syllogismum communiorem Arist. monstrauit, sed præmissa omnis demonstratiua Topica est, & non econuersim, nempè Topica præmissa visa est aut omnibus, aut pluribus, aut sapientibus, & his aut omnibus, aut pluribus, aut his qui magis præstant, demonstratiua autem vix sapientibus visa est, quare minoris erit ambitus, potest autem iterum confirmari in primi Topicorum aditu, Topica ars instrumentum docet, quo de omni ente syllogizare valeamus, vtputa de prop ro non proprio, de per se, non per se, necessario, & non necessario, præsens autem inquisitio instrumenta edocet, quibus per se tantum, atque necessaria, & propria cognoscimus, Topica quare maioris erit ambitus, est rursus, secundum notius præferenda, regulæ nanque quas Topica ars edocet, omnibus manifestæ, notiores ergo demonstratiuis erunt modis, demonstratiuæ vero sapientibus vix notæ sunt, Ciceronis etiam autoritate illustrari potest. Itidem & Boetii, qui artem inueniendi, quam Topicam esse censet ad vsum potiorem esse asseruere, pariter quod naturæ ordine præferenda, docet nempe Topica inuenire, quòd iudicare prius natura est, iudicamus enim inuentum. Ars autem iudicatiua hæc est, contemplatio, quare Topica posterior, idem & videtur Arist. asserere primo huius quod

13; 14. præmissa Topica sit, accipit, quæ non nisi in libro Topicorum fuit edocta, hoc etiam libro asserit Topicum præmissas interrogare. Demonstrator autem nequa-

15; quam, quòd asseuerat prius in libro de syllogismo fuisse ostensum, qui non est nisi Topicorum libellus, qui odium præbet, & docet, quo præmissas Topicus interrogat. Hoc idem etiam ex Arist. ordine seruato planum fieri potest, consueuit enim semper præstantius in vltima artis parte considerare, vt in libro de physico auditu in octauo de primo motore. Tertio autem de Anima de intellectu animæ parte præstantiori, & duodecimo Diuinorum de substantiis separatis, à pari de demonstratione, & definitione in vltima logici parte.

Abramus: *Sed id, quod putauerunt illi, est quid fictum, quoniam non ita sicut melius est præponi scrutinium Topicum, scrutinio demonstratio, sic sit melius præponi cognitionem modorum præmissarum, probabilium modis præmissarum uerarum.*

Burana: *Sed quod existimauerunt non se habet ita, quod quemadmodũ melius est ut præcedat inquisitio Dyalectica inquisitionem demonstratiuam ita melius sit etiã ut præcedat cognitio modorum præpositionum probabilium cognitionem modorũ propositionũ uerarum.*

Auicennæ rõne facit nunc satis, & quoniã erat à simili rõ negat similitudinem & abnegatæ similitudinis causam præbet, & asserit quòd id, quod Auicenna putauit est quid fictum, falsum, atque aparens verum, non enim ita vti scrutinium Topicũ, melius est demostratiuo præferatur, ita sit melius in ordine docendi notitia probabilium præmissarum agnitioni regularum, quæ veris præmissis conueniũt

vt præferatur, vt res clareat, docuimus antea de forma omnium syllogismorum commune in libro priorum sermonem haberi, quod autem in singulis libris cōsiderandum remanet, species sunt syllogismi, quæ illius materia vocantur, sunt nanque præmissę materia syllogismi, vndę de præmissis veris præsens differit ars, de Topicis autem Topica, iure ergo Topicam atque demonstratiuam cognitionem de pręmissis noticiam vocat. Per modos regulas præmissarum intelligit, nempe illas modificant, atque regulant, ex quibus verborum sententia claret, nanque simile non est, quod vti melius sit Topica consideratio de re dubia demonstratiuę præferatur, ita regularum sermonum probabilium notitia agnitioni verarum regularum præferatur, imo res vice se habet versa cōditiones nanque, atque demōstrationis regulę lōge notiores sunt modis Dyalecticæ pmissę, de qb⁹ Ars disputat Topica.

Abramus. *Cōditiones. n. pręmissarū, uerarū, qbus ille regulātur sunt aliæ a cōditionibus præmissarū pbabilium, qbus illæ regulātur, pro ut regula probabiliū est, quod sint testimonio cōfirmatæ, & illarū species sunt, sicut species testimonio cōfirmatarū, regule aūt uerarū sunt aliæ conditiones pro ut est, quod sunt p se: & cæteræ, quæ dictæ sunt de eis.*

Burana. *Quoniam conditiones, quibus, propositiones ueræ ordinantur, sunt aliæ à conditionibus quibus præpositiones, probabiles ordināτur, quoniam ordines probabilium sunt, secundum consuetudinem ciuitatum, & populorum, & secundum diuersas ciuitatis species, ordines autem uerarum sunt secundum conditionem unam, ut uidelicet sint essentiales, & alias conditiones ab essentialibus secundum quod dicemus.*

Negatæ similitudinis causam prębet, & accipit uerarū præmissarum regulas de quibus in pręsentiarum speculatio fit esse longe diuersas, atque definitione seiungi à regulis Dyalecticarum propositionum de quibus in Topicis differitur, quod ex Arist. progressa monstrat, regulæ nanque verarum præmissarum vt infra patebit, sunt quod de omni sint per se, quatenus ipsum, priores, notiores, & veræ conclusionis causæ, sed præmissarum Topicarum regulę, vt primo claret Topicorum sunt quę videntur omnibus, aut pluribus aut sapientibus, & his aut omnibus aut pluribus, aut his quæ magis exstant. Topicas pręmissas testimonio confirmatas vocat, nempe pręmisse testimonio confirmatæ sunt, quę hominum consensu habentur, quare per testimonium hominem ipsum veritatis testem intelligit, claret igitur definitione has pręmissas seiungi, & quod regulę mutuo non prædicant putà altera de altera esse nanque per se de omni secundum quod ipsum de premissa testimonio confirmata non verificantur, neque vice sequitur versa.

Abramus. *Et ideo non est cognitionis regularum præmissarum, probabiliū, modus comunis regulis præmissarum uerarum, adeò quod qui dinumerauerit regulas præmissarum, probabilium numerauerit in potentia regulas præmissarum uerarum regulæ enim illarum præmissarum sunt aliæ, quàm regulæ istarum.*

Burana. *Et propterea consimiliter cognitio ordinum præpositionum, probibilium non est uniuersalis respectu ordinum præpositionum uerarum ita ut opus fuerit connumerare ordines præpositionum probabilium dum connumeraret ordines propositionum uerarum ordines enim illarum præpositionom sunt alij ab istarum ordinibus.*

Ex esfato accepto regulas, qbus Top. pmissę regulantur verarum modis uniuersaliores nō esse infert, vt eius sentētia clareat, accipere oportet, qđ ex sumpto pēdet, particulare videlicet vniuersalis diffinitione participare, vti nanque cōis res de propria dicitur, ita & definitio ipsius, huic si qđ Aue. accepit adiiciatur, statim cā

apparebit puta ueraram conditiones, quibus demonstrationis præpositiones regulantur seiunctas atque alias à conditionibus esse, quæ Dyalecticis sermonibus competunt, & nullo modo conuenientes, quare neq; premissarum testimonio confirmatarum ratio veris pręmisis quoquo modo conuenient, Topicarum igitur propositionum modorum notitia comunis non est ad veras pręmissas, vnde ratio ita ordienda venit, si comunes essent ad ueras premissas dialecticę Propositiones ergo veræ præmissæ illarum ratione atque conditionibus participarent, sed antea mostratum est, conditiones ambarum esse prorsus differentes. ergo Topicę, pręmisse comunes erunt veris propositionibus, (Adeo quòd qui) Secunda rōne Topicos sermones nō esse comunes atq; vniuersales veris pręposi tionibus, neq; has particulares esse mōstrat, & eius ratio clarebit si quod septimo diuinæ scientiæ habętur, referemus, vniuersale nanq; quod quodam genus est, potentia particularia compręhendit, & ideo Auer.12.eiusdem cognitionem vniuersalem confusam, atq; potentię admistam esse asseuerat vti cum animal noscitur homo, & reliquę species potentia cognoscuntur, comunis igitur atq; generis notitia singulariū cognitionem amplectitur huic si quod in textu habetur adiiciatur, ratio colligitur qui nanq; pręmissarum Topicarum regulas numerat, in potentia uerarū cōditiones nō numerat, regulæ nanq; ambarū lōge diuersę sunt, & mutuo nō amplectanť, neq; altera alterā, Topicarū igiť cōsideratio cōis nō est.

Abramis: *Circa quod iam errauit Auicenna errore manifesto, cum putaret quod præponi Topicam arti demonstratiuæ sit eo modo quo contingit primis intelligibilibus esse diuulgata, hoc autē nō conuertitur necessariū quòd præponitur subiecto cōi cui insunt.*

Burana: *Et ideo errauit Auicenna errore manifesto, qui estimauit, quod Dyalectica præcedat artē demōstrationis eo quod accedit, propōnes primas ītelligibiles esse et ꝓbabiles, & nō cōuertitur, & ideo oportet, ut præcedat subiectū uniuersale qđ ipsas inest.*

Altera Auicennę ratio dissoluitur, qua ordine doctrinæ secundum necessariū demonstratiuę arti Topicam esse præferendam monstrauit, quę ita se habet, notiora in doctrina præferuntur vt 5.Meta.&.1.de Phy.auditu patet vniuersalia autē notiora sunt in doctrina igitur, pręferūtur, Dyalecticæ autē ꝓpōnes, de quibus libro Topi.sermo habeť, veris ꝓponibus vniuersaliores sunt, in doctrina igiť ꝑferūtur.2.ꝓpositio ab Auicenna ꝓbabať id prius atq; comunius est, a quo subsistendi nō cōuertitur cōsequentia, at si pręmissa demōstratiua, est, Topica erit, & nō vice sequitur versa, demōstratiua nanq; ꝑmissa ea est vel quæ sensibus manifesta aut quę sapientibus videtur, Topica autē quę omnibus, aut pluribus aut sapientibus, at quod sensibus perspecuum omnibus aut pluribus, aut sapientibus manifesta, sed non omne, quod omnibus: pluribus, aut sapientibus uidetur sensibus & per se patens est, vniuersalior ergo. Topica ꝓpositione, eius ergo cōtēplatio præferenda, quo ad verba prima ītelligibilia, primæ notiones sunt demōstrationibus & scientiis deseruientes, vocat Topicas ꝓpositiones diuulgatas, sunt.n. ꝓpōnes quæ oibus pluribus aut sapientibus videntur. Alia scriptura clarior est, quæ ita iacet, eo qđ accidit ꝓpōnes primas intelligibiles esse etiam probabiles & nō cōuertitur, & ideo oportet vt subiectū vniuersale, puta ꝑmissa Topica, vt præcedat id quod inest ipsi subiecto vniuersale, eam ob causam quoniam in doctrina vniuersalia secundum necessarium præferuntur.

Abramus *Sed hoc esset uerũ si intenderetur in libro post. Analytico: dinumeratio, & cõpositiõ præmissarũ intelligibiliũ, uerũ enim quod intenditur, est tradere signa et regulas notas de illis sic & in libro Topicæ non intenditur dinumerare præmissas probabiles, sed intenditur largiri signa, quibus dignoscantur, quæ sunt disparia signis præmissarũ intelligibiliũ, ac etiã cõuenit scire quid cõferat cognitioni regularũ præmissarum intelligibiliũ quod præponatur suis regulis scire regulas præmissarum Topicarũ.*

Burana. *Sed hoc esset uerum si esset intentio in libro de demonstratione numerare propositiones intelligibiles, sed hæc non est intentio, sed intentio sua est traddere signa & ordines perducentes ad ipsarum notitiam, & similiter non est intentio in libro Dyaletices cõnumerare propositiones probabiles, sed intentio sua est traddere signa, per quæ cõstituuntur, quæ quidem sunt alia à signis propositionum intelligibilium neq; est aliqua utilitas quam præbeat cognitio ordinum propositionum Dyalecticarum.*

Auicennæ rationem bifariam soluere agreditur, & prima eius solutio est concedens Topicas præmissas propositionibus demonstratiuis esse vniuersaliores, non tamen sibi uidetur de veris præmisis in libro de demonstratione Philosophi intentionem esse, neq; itidem in libro Dyalectices probabiles propositiones edo-
14 cere est intentio, sed vtrobiq; Scopus est signa regulas, atq; conditiones præmissarum verarum, atq; Dyalecticarum explicare, cognitiones modo regularum sunt ita constitutę, quod altera communior altera non est, cognitio nanq; vniuersalium vt secundo de anima constat, confert, atq; ob cognitionem singularium efficitur, cognitio modo Dyalecticarum præmissarum regularum ad præmissæ demonstratiuæ regularum agnitionem minime confert non ergo vniuersalis, neq; communior.

Abramus. *Et si concederemus omne intelligibile esse probabile, cum nos inueniamus multas, præmissas intelligibiles, quæ non sunt diuulgatæ, quæ espertæ appellantur, uerum tamen mos huius uiri est talis quod modica consideratione contradicat rebus latis:*

Burana. *Non enim scimus quod omne intelligibile sit probabile, nos enim inuenimus propositiones multas intelligibiles, quæ tamen non sunt probabiles, & hæ sunt, quas petitiones uocant, sed maiistius uiri est cum pauca speculatione & rerum ignorantia.*

Hæc est secunda solutio, verum vt plana fiat id accipere oportet præmissas demonstratiuas in multiplici serie inueniri, aliæ nanq; dignitates vocantur quæ vt ab omnibus concedantur dignæ sunt, atq; notis terminis eis vnus quisq; assentit, vti primo huius Ari. refert, puta de quolibet affirmatio & negatio dicitur: aliæ nanq; suppositiones, quas vnusquisq;, qui definitam scientiam est adepturus, vt habeat, atq; supponat est opus, quas rursus ars monstrare nequit, aliæ petitiones, quę adiscenti non apparent, a docente tamen capiuntur & proinde Philosophus primo
78 huius ait petitionem demonstratiuam propositionem esse, quæ aut non videtur, aut contrarium eius adiscenti apparet, & inibi testatur Auer. ac plane Aristo. in dictione declarat petitionis duę species sunt altera de qua à discipulo nulla prorsus habetur notitia, altera de qua contraria notitia habetur, hæ modo demonstratiuæ præmissæ patet iam quod Topicæ, & diuulgatę non sunt, non ergo Topica pręmissa vniuersalis est: alia scriptura vt puta illa Abrami vice petitiones habet,

bet,quæ esperte appellantur,quę vt perspicua fiat adnotamus præmissas demonstratiuas,quæ per se & non ob aliud manifestę,sunt earum quasdam sine experimento adeptas esse,vt in Epithomatibus Logicis cap.de demonstratione Auer.
46. 116. testatur,vti primę notiones sunt de quibus tertio de anima,& primo huius, neq; tempus,neq; modum quo cognitæ fuerunt recordamur,nonullę vero espertæ, vt quæ experimento cognitæ sunt, prima præmissarum demonstrationis maneries, non solum Topica sed demonstratiua est,ratione tamen diuersa, quatenus omnibus,vel pluribus videtur Topica dicitur,quare cum primę notiones omnibus videantur,sunt enim vti domus ianua,in qua nemo decipitur,sed omnibus manifesta est,quare hac ratione Topica:Secunda vero demõstratiue præmissæ maneries, puta quæ experimento nota est,non est Topica,&,diuulgata,quoniam eis tantũ cognita est,qui illam experimento colligerunt, vti Reubarbarum coleram euacuare,neq; omnibus neq; pluribus notum,sed his tantum, qui experimento illud agnouerunt,quare esperte,propositiones intelligibiles, & demonstratiuæ tantum sunt,non autem omnibus,aut pluribus diuulgatæ, quare præmissa omnis demonstratiua,Topica minime est,sed dubium hæc scriptura habet nempe primo Topic. Topica præmissa non solum ea est quæ omnibus,vel pluribus videtur,sed quæ etiã sapientibus puta omnibus,vel pluribus aut in arte præcipuis,quare exprrte propositiones licet omnibus,aut pluribus uisę non sunt, tamen quoniam sapientibus in arte uisæ sunt,ob hanc igitur rationem Topicæ diuulgatæ erunt. Ad huc si esperte propositiones,quæ demonstratiuæ sunt diuulgatæ sunt demonstratiua igitur pręmissa Topica erit,soluimus hęc accipientes demonstratiuam, propositionem bifariam vocari Topicam,aut per se aut ex accidenti,totidem nanq; aliquid
42. tale esse contingit,vti septimo Methaphysi.patet,præmissæ quare demonstratiuę aut espertę,aut cuiuscunq; ordinis fuerint si sunt diuulgatæ, & Topicæ non per se,sed ex accidenti erunt,nanq; tales non sunt ob propriam earum naturam,& definitionem quæ modo ex accidenti talia sunt &non per se alterum ad alterum non est vniuersale,& commune,sed solum ex accidenti quòd enim per se vniuersale est definitione ab illo non differt, imo eius per se est, regula illa igitur vniuersalia pręferuntur singularibus de eo q; per se vniuersale est verum est,verum prior scriptura verior est cum omni careat ambiguitate.Postremo in calce dictionis Aue. Auicennę erroris causam prębet, atq; id in causa esse asserit quoniam in re dubia multa speculatione non vtitur, verum alibi tres causas præbet confidentia proprii ingenii pariter quoniam medius inter loquẽtes,& Philosophos videri voluit, pariter & in re dubia pauca speculatio,quarum hic tertię meminit.

Abramus. *Et ut uniuersaliter inquã præponi cognitionem præmissarũ topicarũ pręmissis intelligibilibus est aliud quam præponi regulas illarum regulis istarum, sed res ipsa fefellit eum circa hæc, immo fortasse contra se habet res, posset enim asseri, quòd nesciat regulas quibus acquiruntur præmissæ diuulgatæ secundum ueritatem, nisi qui sciuerit quo deficiunt à regulis ueris, hoc est quibus adipiscuntur præmissæ ueræ, hoc autem non contingit nisi illi, qui sciuerit ipsas ueras, illis enim acquiritur opinio*

Burana. *At qui cognitionem propositionum dialecticarum præcedere propositiones intelligibiles aliud est quam ordinem præcedere ordinem & in hoc fuit error illius, fortasse*

*res se habet in contrarium, quoniam dici potest non cognosci ordines per quos acquirimus propositiones probabiles secundum ueritatem, nisi cognoscamus quantum deficiunt ab ordinibus ueris, hoc est his per quos possidemus propositiones ueras hoc autem non assequitur, nisi ille qui cognoscit ipsas ueras cognitio uero earum per quas aquirimus ueras est aliquid necessarium in cognitione essentie ipsarum quoniam ipsas acquirimus per opinionem.*

Aggreditur ordine dicendi secundum necessario hanc inquisitionem artũ Topicæ esse preferẽdam monstrare, prius tamen quam hoc persoluat priorem solutionem repetit vt consequentia prioribus annectit, solutio itaq; erat aliud esse Topicarum præmissarum cognitionem, verarum propositionum agnitione præferri, & aliud regularum doctrinam Dyalecticarũ propositionum præponi doctrinę regularum præpositionum intelligibilium, primum uera interdum est secundum autem nequaquam, quoniam ęcontra fortasse res se habet, quandoquidem Topicæ regulæ exactæ demonstratiuis non cognitis regulis comprehendi nequeunt, & ipsius ratio ita ordienda venit vti finis unius instrumenti ad alterius instrumenti finem se habet, ita instrumentum ad instrumentum atq; vnius cognitio ad alterius cognitionem, finis itaq; demonstrationis scientia est vt ex eius definitione primo huius apparet, dicitur nanque syllogismus pariens scientiam, opinio autem Topici syllogismi finis est, vt ex calce eiusdem primi constat, quare vti scientia ad opinionem, ita demonstrationis cognitio, ad eam Dyalectici syllogismi opinio autem exacte scientia non cognita compræhendi nequit ergo neq; Dyalecticus syllogismus distincte cognosci potest, nisi demonstrationis natura percepta, de syllogismo: ipse prius eam accipit propositionem puta regulas logicas exacte non posse demonstrationis non cognitis regulis compræhendi: quæ minor syllogismi: est, mox illis uerbis illis enim acquiritur opinionem maiorem syllogismi: accipit, quo ad verba attinet vox ea vniuersaliter, licet multifariam capi possit, hic tamen idem sonat quod tandem, quasi velit cum tot de ordine dicta, sint tandem concludamus, adiecit & fortasse, quoniam Topica vtitur ratione, vt postea dicemus.

Abramus. *Definitur autem ipsa opinio ex ea priuatione ueritatis quæ euenit ei; definitio uero ipsius ueritatis non indiget, ut in ipsa summatur definitio opinionis prout est definitio habitus & priuationis, priuatio uero nequit concipi nisi respectu habitus, sed habitus non indiget ad eius cognitionem concipi respectu priuationis.*

Burana. *Opinionem autem defines quod accidit ex priuatione ueritatis non oportet autem ut in definitione ueritatis accipiatur definitio: opinionis, quemadmodum se habet in habitu & priuatione quoniam priuatio non potest definiri, nisi per relationem ad habitum non oportet autem ut habitus in cognitione: sua formetur per relationem ad priuationem.*

Opinionem exacte scientia non cognita minime comprehendi nunc monstrat & ita ratio orditur, quod in alicuius rei colocatur definitionẽ & non vice uersa, q; in definitione accipitur in cognitione: pręfertur, priuatio aũt, & habitus ita se habent quod in priuationis definitione habitus apparet & vice non sequitur versa habitus igitur: priuationi in cognitione: pręfertur, opinio autem & scientia

Sillogismus litere

vti habitus & priuatio se habent,nempe opinio priuatio est,scientia autem habitus opinio igitur exacte minime cognosci potest scientia non cognita: quod autem opinio vt priuatio scientia vt habitus se habeant ex illarum definitione monstrat nanque scientia habitus est verus atque cũ veritate, opinio autẽ cum priuatione veritatis,quæ sciẽtia est,opinio enim vt postea docebit,sciẽtia est imperfecta imperfectio autem veræ scientiæ carentia est, carentia autem priuatio dicitur opinio igitur & scientia vti priuatio & habitus se habent,non autem in scientiæ diffinitione opinio cadit diffinitio enim ipsius veritatis videlicet scientiæ non indiget,vt in ea opinionis priuatio appareat vocat autem scientiam veritatem, nam vti ipse in epitomaticis logicis fatetur capite de demonstratione, demonstratio syllogismus est ex duabus veris præmissis conflatus vniuersalibus necessariis, & per se veritas autẽ absoluta est,quod credatur veræ rei,& non tantum formidine ad oppositum,atque est huius esse in mente est vti extra,nempe vt in re se habet res,ita in mẽte,ita vt nunquam aliter reperiatur, quam nos credimus ita enim ei adherere debemus vt nunquam eius opposito fidem præstemus, hæc veritas est, quæ demonstrationem ingreditur,& quam demonstratio parit,iure igitur scientia veritas dicitur,Dyalecticæ autem pręmissæ, pariter & opinio licet veræ sint tamen cum aliter se haberi possint,ex contingentibus nanque constant,quæ mutari possunt,& ideo fit vt opinio cum formidine ad oppositum sit,neque etiam absolute vera,neque itidẽ Dyalecticæ propositiones absolute veræ,absoluta nanque veritas in demonstratione & scientia inuenitur,probe igitur demonstrationis principia atque scientiam interdum veritatem vocat. Sed dubium est,si opinio interdum vera est quo igitur pacto fieri potest, vt veritatis priuatione definiatur: Sed soluimus non enim simplex veritatis priuatio opinioni accidit sed sempiternæ veritatis,quę in scientia reperitur opinio autẽ & si interdum vera sit non tamen semper vera eius nanque veritas mutari potest,& proinde cum formidine ad oppositum definitur, non igitur simplex veritatis priuatio opinioni accidit, hæc.n. elenco inest syllogismo,qui materiam viciat illis verbis Auer. (pro vt &c.) quo modo opinio se habent & scientia à simili monstrat,asseritque vti priuationẽ & habitum se habere,vti enim priuatio habitu non cognito concipi nequit, ita opinio scientia non cognita:est enim clara proportio nanque opinio scientiæ priuatione definitur,scientia nanque nequaquam,opinio igitur vti priuatio, scientiã vti habitus est, habitus autem absque priuatione cognosci potest quare scientia opositione non cognita compræhendi potest,priuatio autem absque habitu minime vti 12. Meta.&.3.de anima scribitur,eadem nanque species habitus, & priuatio compræhẽditur. Sed primo est habitus secũdo priuationis,vti vna & eadẽ est boni & mali species,boni autem per se ex accidenti autem mali vt secundo de interpretatione,&.7. Meta.quare vti priuatio opinio se habeat, scientia igitur non cognita:compræhendi nequit.

Cur scientia veritas dicitur.

Dubium.
Solutio.

37.35.

23.

Abramus. *Nisi esset habitus ex parte qua est quid perfectum, & priuatio ex parte qua est quid imperfectum, & ut uniuersalius inquam inquantum est habitus, hoc est inquantum est relatiuum.*

Burana. *Nisi fortasse sit ex parte, quæ est perfectus priuatio uero deficiens, & in summa ex parte qua est habitus, hoc est ex parte qua est relatiuum.*

Dubium soluit quod ita se habet vti res apud naturam sunt, ita comprehendi

4. 94. debent, vt secundo Meth. itidem & secundo huius patet, relatiua autem simul natura sunt, simul ergo comprehendi debent, quare est opus in vtrorunq; rationibus vtrisq; vti, vt Porphi. annotauit, priuatio autem & habitus relatiua sunt simul ergo comprenduntur non enim prius habitum secundo priuationem, & priuatio ob habitum, sed habitum ob priuationē, & vice versa, soluitur & pro solutione notat

Priuatio & habitus bifariam capi possunt. priuationem & habitum bifariam capi posse primo quatenus habitus, & priuatio sunt, vti sub propira ratione qua habitus, & priuatio sunt, est nanq; habitus ratio,

15. 16. vti Arist. in prædicamentis testatur, & .10. primæ philosophiæ perfectio, atq; esse perfectiuum priuationis autem ratio propria est imperfectio, quare sub ratione perfecti & imperfecti relatiua sunt, ita igitur, simul difiniūtur. Accipi rursus possunt pro rebus, quæ priuationes, atq; habitus sunt, vti pro subiectis eorū propriis, quomodo minime relatiua sunt, sed relatiuorum subiecta, & proinde neq; simul natura neq; simul definiuntur res enim quæ habitus est, vt uisus, sine priuatione puta cecitate, & est & definitur licet vice non sequatur versa, genus etiam & species sub ratione propria generis, & speciei ita relatiua, atq; oportet in vtriusq; rationibus vtrisq; vti, vt Porphirius dicit, sed si pro rebus, & generis & speciei subiectis capiantur, neq; relatiua, neq; simul natura, neq; simul definiuntur, vt animal & homo, ita enim simul non existunt, neq; definiuntur, sed vnum per aliud & non ecōuerso, vti animal prius in homine & prius in definitione homo .n. animali vt definiatur eget, quare vt in summa solutionem colligamus, si habitus, & priuatio vt relatiua considerentur, ita alter altero, vt exactè comprendatur indiget, sed si pro rebus atq; eorum subiectis capiantur alterum sine altero, puta habitus sine

Dubium. priuatione comprehendi potest licet secus priuatio & habitus se habeant: Sed dubitatio non spernenda occurrit vti enim habitus pro re atq; subiecto sine priuatione comprehendi potest, à pari priuatio pro re absq; habitu cognosci potest

Solutio. nisi esset quod per iuditium de habitu, & priuatione non est, priuatio nanq; per se

78. 79. non ens est, primo de auditu, est enim priuatio vt priuatio ens in anima, & proinde Them. primo Phisi. priuationem asserit neq; materiam neq; formam, esse sed puram formæ carentiam, quare si ens ex accidenti est, sed vti res se habet vt sit

13.14.15. ita ad cognitionem & definitionē vt septimo primæ philosophiæ, quod per belle Io. Grammaticus primo Phisi. annotauit, quare si priuatio quo ad rem per se non ens, ens autem ex accidenti ita igitur ex accidenti comprehenditur puta ob naturam eius quod per se ens, quod quidem habitus est quare cum per se habitus pro re ens sit, per se igitur absq; priuatione comprehendi potest.

Abramus. *Et idcirco nostra interest dicere, quod cognitio illius quo deficiunt regule diuulgatarum à ueris secundum quod ipsis acquiritur, id quod perficitur uerarum cognitio discrimine inter duas perfectiones est, quia hæc perfectio uerarum non est secundum ipsas perfectio uero quæ peruenit cognitioni diuulgatarum per cognitionem uerarum uerisimilem est ꝙ si perfectio secundum ipsas aut prope ipsas, tu autem intelliges hoc per definitionem scientiæ & opinionis dicimus enim nos ꝙ opinio sit scientia imperfecta, sed non absoluitur modus loquendi, ꝙ dicamus ꝙ scientia sit opinio perfecta nisi translatione pro ut est mos poeticorum nominum.*

*Et propterea*

Burana. *Et propterea fieri potest ut dicamus quod cognoscere defectum ordinum probabilium à ueris opitulatur nobis secundum quod acquirimus id, per quod perficimus cognitionem in ueris, sed differentia inter has duas perfectiones est quoniam iste perfectiones sunt de essentia uerarum, perfectiones autem per quas deuenimus ad cognitionem probabilium per cognitionem uerarum uidentur, aut esse de essentia sua aut propinquæ essentiæ ipsarum hoc autem intelligis ex diffinitione scientiæ & opinionis quoniam dicimus opinionem esse scientiam imperfectā, nec tamen sequitur ut dicamus, scientiam esse opinionem perfectam, nisi secundum modum metaphoræ, & constitutionis nominum poeticorom.*

Secundum dubium soluitur, quod vt clareat id supponere oportet iter complura iuuamina quæ ars Topica præbet est, quoniam Dyalectico syllogismo commode scientiarum priucipia probari possunt, quare scientia ipsa perficitur, opinio igitur quę ex Topico syllogismo habetur scientiæ erit perfectio, ex aduerso sciētia cum habitus sit, opinionis erit perfectio perficit igitur opinionem scientia, & opinio scientiam, altera igitur alterius perfectio erit, non ergo, uti perfectio, et imperfectio ac vt priuatio, & habitus se habent, huic dubitationi in pręsentiarū facit Auer. satis, & accipit id quod per suam naturam est tale esse per se tale, quod autem ob aliud, ex accidenti tale ex hoc dubium soluitur, scientia namq; opinionis est perfectio per se, atq; sua natura, est enim habitus sua natura quare perfectio sua natura, opinio autem sua natura imperfectio, & priuatio, definitur namq; opinio, quòd sit scientię imperfectio, ea igitur perfectio quæ scientiæ principiis, atq; scientiæ ex ratione Topica competit ex accidenti est, quoniam ob prauam hominum naturam, vt secundo scribitur Methaphysi. ergo si per aliud ex accidenti, nō
55. 16. igitur cōsimilis pfectionis est modus, sed dubiū aduersus Aue. soluionē qrit est,
Dubium. namq; non videtur quod Topica præmissa pariter. & opinio demonstratiui principi atq; scientię priuationes sint namq; in post prędicamentis scribitur carentiam, habitus & formæ priuationem esse in subiecto apto nato atq; eodem in quo habitus suscipi potest, opinio autem de prædicatis communibus, et contingentibus
54. est in quibus scientia apta nata iueniri non est, vti primo huius, non ergo scien
44. tiæ priuatio opinio est, ad idem primo Poster. scientia vniuersalis, atq; necessaria est, necessarium vero id dicitur quod aliter se haberi non contingiti. Opinio uero interdum falsa, & circa contingens est, quare circa idem non sunt apta recipi
Solutio. subiectum non ergo vt priuatio, & habitus se habent, Sed soluimus ac id vt solutio clareat, supponimus quod Philosophus monstrauit primo huius interdum vi
44. delicet opinionem, & scientiam subiecto idem licet non ratione, sunt autem subie
Quomō opinio & scientia idem sint subiecto. cto idem cū de propriis subiectis, atq; prædicatis fiūt, nempe subiecta eadem, atq; prædicata propria scita, & opinata esse possunt, scita cū quæsita per causā propriā & necessariam cognita fuerit, si vero pręmissæ per se scitæ & non per aliud bipartitur namq; scientia, altera per se, vti illa principiorum est, altera per aliud vt quæ per demonstrationem, vt Auer. auctor est primo huius, dicitur autem præmissa Topica, vt visa omnibus, vel pluribus vel sapientibus vt primo Topicorum si conclusio Topica, atq; opinio dicitur, quoniam neq; p proprias causas, & necessarias cognita, scientia quare & opinio in subiectis & prædicatis propriis subiecto idem
Instantia. & ratione secernuntur, ergo cum subiecto idem sint vt priuatio igitur, et habi
Solutio. tus se haberi possunt, sed dubium est, an cum subiecta pariter, & prædicata

communia sunt, an vt priuatio & habitus se habeant, sed hoc dissoluimus atq; fatemur ita vt priuationem, & habitum se habere, nanq; circa idem subiectum versantur, subiectum nanq; & scientię, & opinionis non nisi singularia sunt, nam hæc sunt quæ definiuntur & de quibus demonstratio est, vt Auc. primo de anima definitiones rerum sunt existentium extra animam, quæ autem extra animam sunt non nisi singularia sunt, eorum tamen neq; demonstratio neq; definitio vt singulariter accipiuntur, sed vt vniuersaliter concipiunt vti septimo diuinæ scientię hoc anno docuimus, singularia nanq; præcipue substantiæ sunt quæ prædicatis tum per se tum ex accidenti subiiciuntur, per se prædicatis cum definitione differentię atq; propriis substant affectionibus, prędicatis uero ex accidenti cum communibus prædicatis, atq; accidentibus se submittunt ex hic satis constat semper opinionem, & scientiam circa idem subiectum versari, omnia nanq; prędicata de vno subiecto puta indiuiduo & singulari noscuntur, diuersa tamen ratione, ea enim cognitio, quę de indiuiduo quo ad propria prędicata, per propria principia: scien

Dubium. tia nuncupatur quę autem de communibus habetur opinio, quare circa idem sub-

194. 196. iectum semper opinio, & scientia est, sed videtur Aristoteli, & Auerroi solutio aduersari, qui primo huius opinionem & scientiam subiecto seiungi asseuerant, scientię enim subiectum semper est vniuersale, nunquam autem particulare: opinionis vero, & vniuersale, & particulare, rursus illud scientiæ necessarium opinio-

Solutio. nis vero, contingens, & ob has differentias Philosophus infert de vna & eadem re

185. 269. scientiam, & opinionem haberi non posse, sed hęc Philosophus eodem libro soluit, accipiens vnum non simpliciter, sed multifariam dici, nanq; trifariam immaginari potest scientiam, & opinionem vnum dici, aut vnũ subiecto, & duo definitione, aut q; neq; subiecti, & definitione vnum tertio quod vnũ subiecto, & definitione q; quidem vt ex vtriusq; definitione patet fieri neq;, id nãq; sciri q; nõ aliter se haberi quã est, opinari autem dicitur, q; aliter se haberi posse creditur, vt ibi ex Philoso-

198. pho constat, quare vnum definitione non sunt, verũ enimuero interdũ vnũ subiecto duo definitione sunt, licet nõ respectu eiusdẽ hominis, vt inibi Arist. & Auer. annotarunt, vt Diameter subiectũ sciẽtię, & opiniones esse valit, puta apud eũ, q de eo sciẽtiã habet, opinionis aũt subiectũ apud eũ, qui opinionem habet: quare eadem res opinioni & sciẽtię subiecta esse põt, licet non eadẽ ratione, sed diuersa, fit tamẽ interdũ, vti subiecto ꝓpinquo atq; ratione seiũgãtur, vti si particulare opinionis subiectũ, aut cõtingens extiterit scientiæ aũt vniuersale, & necessariũ est. n. vtriusq; subiectũ duplex alterũ proximũ, & id in quo cognitio suscipitur, notitia nanq; in re, quæ cognoscit, recipitur, actio nãq; ibi vt in subiecto suscipitur, q; passiuæ de-

18. nominat vti tertio constat Phis. quare cum res cognosci denominẽtur, igitur ipsæ sunt cognitionis subiectũ, vt ibi Auer. fatetur, asseuerat nãq; opinionis, & scientiæ res esse subiectũ, verũ cum alterius inquisitionis de re hac differere sat est, hæc tantum tetigisse, quare vt vnde effluxit, reddeat sermo, res quæ opinantur atq; sciuntur opinionis, & scientiæ proximum sunt subiectum, alterum autem remotum est & illud dicitur cui res scitę atq; opinatę insunt, q; non nisi substantiæ singulare est vt vniuersaliter concipitur, quare huius subiecti merito vnum subiecto sunt, licet nõ ratione, sed proprii subiecti respectu, puta eiusdẽ hominis habitudine fieri nequit, nãq; idẽ homo eãdem rẽ quæ vniuersalis, atq; necessaria est, opinari & sciri nequit at diuersorũ hominũ merito hoc cõtingit, nẽpe qui rẽ necessariã, & vniuersalẽ ita se haberi q; aliter se haberi non posse asseuerat, illam scit, atq; hanc eandem

aliter

aliter se haberi posse quàm modo est, opinatur, de illa habet opinionē, q Aue. exēplo ibi planū fieri pōt, qui nanq hominē esse animal asserit, ita q vllo nunquā tempore nō animal esse credat, sciētiā habet, sed quispiā hominē esse animal asserit, & quodā tēpore opinet esse nō animal opinionē habet, quare vt differentiā paucis absoluamus cū opinio de re vniuersali, atq necessaria est, de qua est sciētia respectu eiusdē hominis neq subiecto & rōne vna cū sciētia est, sed diuersorū hominū respectu subiecto vna, ratione altera, sed cum de eodem proximo subiecto non sunt puta cū de necessario, & vniuersali scientia est, opinio aūt de cōtingēti, & particulari ob remotū subiectū vna est, rōne tñ altera, nēpe vt de eo cōmunia prędicata cognoscuntur opinio est, vt autem propria, & per se prędicata scientia. Sed quo ad verba attinet perfectio scientiæ, quæ ei ex opinione conuenit secundum quod ipsum non conuenit, sed perfectio opinioni accidit ex scientia ei secundum quod ipsum accidit vt horum verborum sensus appareat annotamus id ab Auer. nūc dicitur cōuenire secundum quod ipsum, quod rei secundum definitionem cōuenit ergo cū opinio ex sua definitione imꝑfectio sciētiæ sit secundū q ipsum igit, puta quatenus opinio est imꝑfectionē, & priuationē ꝑfectę sciētiæ habet, scientia aūt cū minime definiatur q opinio sit ꝑfecta, primo nāq huius definitur scientia

ꝑfecta q cognitio sit, quæ ꝑ causam propter quā res est habetur, & quoniā illius est causa, & nō contingit hoc aliter se habere, ergo cum scientiæ aliqua opinionis perfectione non priuetur, non enim per eam definitur, non ergo in quantum ipsum conuenit: Sed hoc dubitatione non vacat, nūquam demōstratiuę præmissę

Dubium. Cap. 1 Solutio.

indnctione interdum cognoscuntur. Inductio aūt instrumentum est, q ex Dyalecticis fluit prēmisis, vt primo Topico ū, sciētia igit atq demōstratiua propositio Topicis sermonibus cognitione perficiuntur, sed hęc soluitur, nempe eędem conclusiones atq principia Topica, & demonstratiua esse possunt, est nanq Topica conclusio vt opinata pro vt omnibus, vel pluribus, vel sapientibus videtur, vt autem ex propria causa dilucida fit, demonstratiua dicitur, ita præmissa eadem Topica dicitur, vt opinata, vt autem per se ipsam, & non per aliud nota demonstratiua dicit, quare inductio præmissas demōstratiuas scire nō facit, quoniā ipse ex se, & non per aliud notæ sunt, fiunt autem inductione opinatæ nempe vtimur inductione vt prēmissa demonstratiua fiat opinata non autem vt sciatur, A pari vti demonstratiua præmissa inductione non scitur sęd opinatur, ita neq demonstratiua conclusio inductione sciri potest, sed tantum opinari, quare ex Topicis sermonibus nullam scientia consequitur perfectionem, sed imperfectionem potius, quoniam opinionem, quæ sexto Moralium non semper vera cum interdum falsam esse posset, ex his duo inferre licet, scientia & demonstratiua principia priuatione aliqua opinionis, atq Topicæ prēmisse non definiuntur, quare ab opinione, & Dyalecticis principiis in quantum ipsum non pendet, secundum Dyalecticæ propositiones pariter, & opinio, quoniam vt ex vtriusq definitione patet ab illis pendent ergo secundum quod ipsum (sed non absoluitur) dubium soluit, dubium autem tale est, commode nanq fieri posse videtur, vt in scientiæ ratione opinio cadat, quemadmodum enim opinio scientię imperfecte est ita scientia opinio ꝑfecta, atq opinionis perfectio, hoc persoluens Auer. negat id commode fieri posse, nisi methaphora vti velimus, qua Poetę vti solent, est enim methaphora, vt idem Auer. in sua Poetica testatur instrumentum quo Poeta vtitur in docendo sub fictione veritates, quæ vt dicit Philosophus tertio Rethor.

ab exemplo differt, quo Rhetor vtitur, nempe methaphora in re ficta est, exemplum in re facta, methaphora rursus interdum simile transfert ab vno ad aliud fictum. pariter & nomen à re vera ad fictam quare licet vere dici possit, scientiæ imperfectionem opinionem esse, vere tamen non dicitur scientiam opinionem esse perfectam, sed si fit secundum methaphoram atq; fictionem fit, rei nomen transferendo, atq; ei ad scribendo cui vere non competit, sed ficte atq; secundum methaphoram.

Abramus *Quouis autem modo res se habeat expedit incipere ab ea quod naturaliter est magis dilecta, quæ quidem est naturaliter magis honoranda cognitio: scilicet demonstrationis Exposita itaq; est ex hoc sermone intentio libri, eiusq; iuuamen, & ordo & partes quod intendebamus præfari secundum consuetudinem uirorum quod solent exponere.*

Burana. *Quomodocunq; res se habetur consentaneum est ut incipiamus ab eo quod est magis secundum naturam desideratum id est ab eo quod est natura dignius, hoc autem est conctio demonstrationis, Declaratum est igitur ex hoc sermone quæ sit intentio libri & quæ utilitas, & quis ordo ipsius ac partes suæ, & hoc est q; intendebamus aperire secundum consuetudinem uirorum quod solent exponere.*

Monstrare in præsentiarū aggreditur ordine docēdi q est secūdū melius puta dignus hanc inquisitionem arti Topicæ esse præferendam & prima clareat ratio supponere est opus instrumentum proprium, q; ad perfectā hominis felicitatem dirigit: q; etiam naturaliter appetimus demonstrationē atq; definitionē esse vt satis antea claruit, his nāq; instrumentis perfectā scientiam adipiscimur, quę
Cap.9.10. nostra est felicitas, atq; vltimus finis, vt.10. constat Ethic. Topica autem argumentatio, quoniam ob eam opinio tantum habeatur à nobis naturaliter non expetit nisi ob aliud puta propter demōstrationē ei enim vt antea docuimus, quodā modo cōfert aut ob prauā hominū dispositionem, qui Topicis gaudent sermonibus vt
15. 16. 2. scribitur Methaphy. ex his ita ratio orditur ex fine vniuersa perfectionem &
2. 3. 7. nobilitatē sortiuntur vt primo & tertio Ethi. & sexto Methaph. constat, quare vt finis ad finem, ita instrumentum ad instrumentum, finis autē demōnis hominis est filicitas atq; vltimus finis, quàm maxime vnusqsq; adipisci expetit, finis aūt Dyalectici syllogismi: à nobis naturaliter non expetitur, instrumētum ergo demōnis neturaliter, & primo expetit, Topica aūt argumentatio neq; p se neq; naturaliter sed ob aliud demonstratio aūt cū ita se habeat, Dyalecticus syllogismus secus demōstratio igitur præstantior atq; nobilior, instrumentum nanq; quod per se & naturaliter expetitur nobilius, & perfectius eo est, q non per se, & naturaliter sed ob aliud expetitur, quare cū de demōstratione hic sermo habeatur ordine igitur docendi secundum melius Topicorum arti præferenda. Illis verbis (Quæ quidem est naturaliter magis honoranda) secundam rationem tangit, q; sua natura bonum, melius atq; præstantius est eo, q; ob aliud bonum vt primo constat Ethic. demōstratio aūt p se expetit, Dyalecticus aūt syllogismus: ob aliud demō igitur Dyalectica argumentatione præstātior, quare ordine, docēdi secūdū melius eius
Dubium. cognitio pferēda, sed demō Auer. dubitatione non vacat, nanq; q; perfectio atq; primo intentum est, ultimo considerare consueuit, vt ex Aristo. progressu planum

Solutio. antea notum factum fuit, demonstratio quare cum Topica argumentatione sit præstantior, ergo postremo consideranda venit, sed de facili dubium persoluitur, ea nanque quæ ante finem sunt, tunc prius noscenda sunt, cum ad finis acquisitionem conducunt, vti non potest exacte demonstratio apprehendi non cognito syllogismo & proinde necessario prius de syllogismo ita aūt Topica consideratio cum demonstratiua non se habet. Postremo quatuor illa, quę initio sui sermonis aperire pollicitus fuerat Epilogo colligit, vt libri intentionem iuuamen, ordinem, & diuisionem, de his autem proinde disseruisse asserit vt interpretrum cōsuetudinem imitetur. Et quamuis admodum pręclare Auer. de ordine disseruit nos tamen eius sententiam tantum Aristo. confirmabimus, & id in quo ab eo dissentimus, aperiemus, postremo iuxta nostram opinionem Auicennæ rationibus faciemus satis, sed secundum prius aggrediemur in quo videlicet ab eo nos dissentimus. Topica quidem ars duo docet, vt magis postea dicemus, & regulas quibus Dyalecticus conficitur syllogismus, vti enim liber de demonstratione regulas & demonstrationis conditiones edocet, ita regulæ ibi explicantur, quibus edoctis Topicum syllogismum conficere valeamus, alterum quòd Topica Ars edocet sunt propositiones communes, quæ omni proposito problemati deseruiunt, & quas quęque ars accipere potest atque eisdem vti. An autem hæc duo Topica Ars edocet, paulo post monstrabimus supponimus modo. Verum conditiones & regulas edocere Logici est, vt ex Auerroe. Patuit, eius nanque munus regulas, conditionesque instrumenti sciendi seu cognoscendi edocere Propositiones autem communes explicare non Logici est, sed Topicæ artis, quę Logices pars non est, vt paulo post monstrabimus, verum pars illa in qua regulæ, & conditiones explicantur ex accidenti est, Topica nanque non vt Topica illas manifestat, sed Logici induit habitum, vera autem pars & quę per se consideratur, & Topicam complet, ea est, in qua communes propositiones edocentur, cum itaque ita se habeat res, Topica ars quo ad ambas partes librum de demonstratione subsequitur, quòd autem ea pars quæ regulas & conditiones edocet, huic inquisitioni non pręferatur, satis Auerrois rationes monstrant, illud autem nos Aristo. Authoritate confirmabimus, qui in limine libri priorum suam iactans intentionem, asseruit esse de demonstratione, & ideo prius de syllogismo disputat, quoniam demonstratio syllogismo non cognito apprehēdi nequit, sermonē igitur de demōne illū de syllogismo immediate subsequtur, & paulopost ait prius de syllogismo dicendū, postea de demonstratione, ordinē statuens librum de demonstratione illū de syllogismo, sine vllo intermedio sequi asseuerat, & primo Elēchorū cū genera disputationum distribuisset asserit se prius de demonstratiuis & postea de Dyalecticis disputare, vltimo de ligitiosis se velle differere pollicetur, claret igitur ex Aristo. Ordo Topica rursus Ars quo ad eam etiam partem, quæ locos, & communes propositiones edocet, quòd neque præferatur ex his dilucidū fieri potest, Aristo. secundo Meth: author est, vt cognoscendi instrumenta edoceamus, mox artes, & disciplinas. Cum itaque ars illa, quæ instrumentum Topicum conficere docet, alteri parti quæ locos manifestat pręferatur vt ex Aristo. progressu in Topicis patet, ea igitur pars, quæ loco aperit sermoni de demōne subcedit, quę pauca cum de ordine explicata sint, Auicennę rationes superest, vt persoluamus, & licet Auerro, primæ rationi fecerit satis quid nobis modo occurrit, referemus, præmissas nanque intelligibiles esse Topicas atque

Marginal notes: Qō de ordīe (beside "nis aperire pollicitus"); Propria opinio. (beside "nos tamen eius sententiam"); Topica Ars duo docet. (beside "ciemus satis"); Cap. 1. (beside "de syllogismo dicendū"); Cap. 2. (beside "monstratione illū"); 15. (beside "dilucidū fieri potest"); Aui. rationes soluuntur. Solutio primæ propria. (beside "demōne subcedit" to "modo occurrit").

diuulgatas esse fatemur non tamen inde sequitur vt vniuersaliores atq; cōmuniores sint,& in doctrina proferātur,vnde licet subiecto eadē propositio Topica,demō stratiua dicatur,altera tamē ratione,vti antea docuimus, Ad huc,vti Topica Ars duas sortitur partes altera quæ regulas docet,altera quæ prę missas communes,& locos ita demōstratiua doctrina bipartita est,altera quæ regulas demonstrationis docet,quę Analytica dicit,altera præmissas demōstratiuas,quæ sciētia est,in qua præmissæ variæ demonstratiuæ doctrinę edocentur, quare si referatur Topica quę de syllogismi Dyalectici regulis est,ad doctrinā demōstratiuam quæ etiā de demonstrationis regulis est,minime præfertur,sed vice versa res se habet nā Topicæ regulæ priuationes sunt earum quæ demonstrationis, & comprehendi nequeunt regulis demonstrationis non cognitis,quæ absq; illis comprehendi commode possunt,neq; itidem ea Topica pars,quæ de locis est, speculationi de regulis demonstrationis prę fertur, ipsa nanq; eam, quę de Topicis syllogismi regulis subsequitur, vt antea ostendimus, hanc igitur speculationem non ante it. Si autem Topica consideratio alteri demonstratiuæ doctrinæ parti referatur, puta quæ prę missas demonstratiuas docet,fatemur Topicam prę ferri,locorum.n. vsus communis est quarto Metha.primo Rheto. & primo Elēcho. in omni enim arte,atq; cognitione & ex illis ens omne syllogizare possumus nempe necessarium, non necessarium,verum non verum proprium non proprium ex his id claret cum dicitur Topicam esse communem,non ea intelligenda est,quæ regulas syllogismi Dyalectici docet,sed quæ communes locos, primam nanq; subiectum definitum sortitur,atq; Logicæ pars & secunda nanq; generis est indeterminati principia, quorum indeterminata possidet. Doctrina autē demonstratiua,quæ præmissas demonstratiuas docet,non nisi verum necessarium,atq; proprium syllogizare potest, ex veris enim & necessariis non nisi verum, & necessarium concluditur. Potest etiam alio pacto secunda Auice.ratio dissolui,puta ea,quæ ita se habet, uti scrutiniū ignoti,ita in præmissæ demonstratiuæ & Topicę cognitione,se habet,scrutinium modo Topicum,demonstratiuum prę fertur ergo cognitio Topicæ præmissæ,demonstratiuæ propositionis agnitioni. Auer.primam negauit propositionem,par enim ratio non erat de scrutinio ignoti,& de regulis,vti satis per belle monstrauit, potest tamen minor syllogismi negari vt ipse met Auerroes primo cœli testatur duobus modis Dyalecticis sermonibus Aristo. vtitur, vel in re difficili cum verum à falso secernit quo modo Topicus demonstratori præfertur, vti Auri depurator Auri Artifici, Alero modo, vtitur ad tria hominum genera ad demonstrationes recipiendas inepta confirmandum vt secundo Methaphysi. quibus quoniam demonstrationi non credunt, verum persuademus Topica ratione confirmando,quo modo Dyalecticę rationes subsequentur, ex his rationibus solutio patet, interdum enim Topicæ propositione demonstratiuis præferuntur, interdum secus, non ergo semper Topicorum scrutinium demonstratiuo præferuntur, verum quoniam quidam Boetio authore Auicennæ opinionem confirmant,asserit nanq; in Topicis Ciceronis,partem inuenctiuam iudicatiuę esse prę ferendam. Pars autem inuentiua Topica est iudicatiua autem demonstratiua est, Topica igitur authore Boetio demonstratiuæ præfertur vt horum error appareat simul,& verborum Boetii sensus clareat est annotandum iuxta Boetiū tres esse Logice partes,quæ de tribus speculantur instrumētis,puta de definitione,diuisione,& collectione,collectio itaq; tres sortitur partes,prima

Secunda solutio.

Demonstratiua doctrina duas hic partes.

8. primo. 8.

Solutio secūdæ rōnis Auicennæ ꝓpria.

15. Duobus modis Arist. sermonibus Topicis utitur.

15.

Boetius.

Quæ Boetii opinio sint.

quę

quæ de syllogismi demonstratiui collectione, secunda quę de Topica collectione, tertia de sophistica atq; Elencha considerat, has omnes partes in duas iterum partitur partes nempe in arte inueniendi, & in artē iudicandi, horum enim aliquod perfecte comprehendi nequit, nisi ambæ partes habeantur exemplum in definitione partem est opus habere, quę definitionis partes inuenire doceat, secundo artē iudicandi an partes illæ recte sint inuentę, atq; collectę, ita in reliquis Logice partibus, verum inuentiuam artem, non priorem iudicatiua asseruit, nam non cōuertitur subsistendi consequentia, qui enim scit iudicare, inuenire non ignorat, sed non vice sequitur versa, prior igitur, pars inuentiua est. Cicero autem, & Gręci inueniendi artem in vna quaq; Logicæ parte Topicam artem vocare consueuere, ea ratione, quoniam loca & sedes docet ex quibus facile colligamus, ea ex quibus Logicæ res constituuntur, opus nanq; Latinæ locus dicitur, Aristo. autem illam Logicæ partem Topicam vocat, quæ de syllogismo, probabili est, atq; communes locos docet, ex quibus constat Boetium nobis non obstare, nanq; per artem Topicam artem inueniendi in quaq; parte Logicæ & non Topicam, quæ de syllogismo Topico, de qua dubium est, intelligit. Arist. autem testimonia, quæ

Ari. scientia soluitur. Auicennæ opinioni fauere videntur, est opus modo vt dissoluamus, ad quæ dicimus multa accipere, atq; supponere consueuisse Aristo. quæ postea ab eo explicantur, vti primo cœli monstrans cœlum corpus esse neq; graue neq; leue, grauis, & leuis definitiones accipit, de quibus postea in quarto eiusdem voluminis disputat, licet ergo nonnul a supponere, quę posterius sunt explicanda, ita in libro poste. supponendo accipit, vt posterius vti in libro Topicorum Topicę propositionis definitiones vt ibi latius explicandas.

Abramus: *Nomen uero authores est id quid asseuerant espositores in præfatione libri Priorum Analyticorum.*

Burana: *Nomen autem compositionis id est, quod differunt espositores in principio libri de syllogismo.*

Octo capita in cuusq; libri limine interpretes explicare consueuerunt, vt antea nos docuimus, Auer. itaq; cum quatuor explicasset, de qbus disserere fuit pollicitus, quintum nunc aggreditur aperire, q; nomen authoris, seu compositoris dicitur, vt morem interpretrum insequatur, asseritq; Auctoris nomen Arist. esse cuius interpretres libri Priorum meminerunt, per espositores Alexandrum intelli-

14. git, qui vt idem Auer, tertio de anima testatur, tanti fuit momenti, q; nemo Peripateticus vocabatur nisi Alexandrus esset Themistium, etiam intelligit, qui Alex.

17. disciplinam prosequitur Themistius: namq; vt idem Auer. secundo huius refert, breuis est Alex. sed id dubitatione nō uacat, cur eo est vsus sermone, nomē eius est id quod asseuerant expositores in lib. Priorum & non dixit esse Arist. soluimus atq; id iuxta ratione fuisse factum monemus, vt videlicet ostendat sine vllo interstitio huius inquisitionis consecutionem ad librum priorum, cum vterq; eodem nomine appelletur, ibi interpretes nominis auctoris vtriusq; libri meminerunt, pariter vt monstrat nulli dubium fuisse hanc facultatem esse legitimum Aris. fœtum, cum omnes vno ore hoc fateantur.

Abramus: *Proportio uero eius ad reliquas partes huius artis, est sicut proportio principium ad illos quibus dominatur, & finis ad ea, quæ sunt ante finem, proportio uero-*

*partis communioris est sicut proportio illorum, quæ sunt ante finem ad ipsum finem & quemadmodum est sicut proportio illorum, quibus dominatur ad ipsum dominum.*

Burana. *Proportio uero eius ad reliquas partes huius artis est, quemadmodum proportio principatus ad eos qui principatui sunt subiecti, & finis ad eam, quæ sunt ante finem sed proportio partis cōmunis est proportio eius, quod est ante finem ad ipsum finem, quæ est uelut proportio dominatui subiectorum ad ipsum dominum:*

Quid proportio est. De proportione aggreditur differere, sed antequam Auer. verba interpretamur, prius quid proportio scientiæ sit, & cur de ea disputēt interpretes aperiemus proportio itaq; bipartita est, nempe altera vera est, quæ vt quinto Elemētorum euclidis patet definitione tertia & in suppositionibus secundi Arithm. Iordani, certa est habitudo quantitatis eiusdem generis mutua, quare vera proportio, non nisi in quantitate reperitur, & proinde si in potentiis scientiis, artibus ponderibus aut sonis inuenitur, non nisi translatione, & secundum methaphoram, proportio quare quæ in scientiis reperitur secundum methaphoram est, & hæc comparatio, unius partis scientię, & artis ad alias in perfectione, & nobilitate, puta pars quæ aliis nobilitate præfertur, vt finis se habet vilioris Confert autem proportionem

6. 23. præcognoscere omnis nanq; doctrina, atq; scientia tertio Moralium, & septimo Metha. ex fine præcognito omnia agit & eligit, Proportio igitur enim partis ad partes in perfectione comparatio sit & quæ perfectio finis, confert igitur vt proportio cognoscatur, de proportione itaq; Auerroes disputans eius quæ est Logicę ad scientiam non meminit, sed illius tantum quę est iter partes quæ sub Logica comprehendūtur, quæ bipartitę sunt, aliæ nanq; uniuersales & cōmunes sunt, aliæ particulares & proprię, partes nanq; communes sunt liber Priorum qui de syllogismo, qui genus & commune est his de quibus in libro Topicorum, & reliquis, partes propriæ libri quinq; sunt, ea nanq; pars Logicæ nuncupatur, quoniam instrumentorum species ędocet, quæ vel docet instrumentum, quod rei naturam manifestat, puta definitionem, aut instrumentum quo proprium accidens cognoscitur puta demonstrationem aut illud quo opinionem adipiscimur vt syllogismū Topicum, & inductionem Topicam primo Topicorum de quibus in Topicis sermo habetur, aut Elenchum syllogismum docet, qui libro Elenchorum absoluitur, vel exemplum & ethimema, instrumenta, quæ persuasioni conferunt, de quibus liber

Cap. 10. Rhetoricorum, aut methaphoram, & fabulam, quæ in poetica absoluuntur, quia quinq; partes sunt proprię partis, quare cum duæ Logicæ sint partes, proportionatur pręsens speculatio parti communi, vti finis ad eam, quæ sunt ante finem in aditu enim libri de syllogismo clare Philosophus testatur librum de syllogismo ad hanc artem referri atq; huius gratia esse, nempe ait de syllogismo dixisse propter demonstrationem, liber etiam de interpretatione ipsius gratia est, nanq; ille ob librum de syllogismo est, patet igitur huius partis proportio ad partem communem.

Abramus. *Et perinde huius Proportio ad reliquas quinq; artes est uere proportio domini ad illas, quibus dominatur & illius cui subministratur ad ministros, ille enim deductæ, ut subministrent scientiæ demonstratiuæ, quæ peruenit ex hac parte, quod sufficit ad persuasionem Dyalecticam, aut oratoriam, aut sit uerisimile poemati expedit modo iam inde*

*procedemus*

*procedemus ad expositionem singulorum uerborum quæ dicit Arist. in hoc libro adiuuante Deo à quo petimus consensum & directionem ad ipsam ueritatem.*

Burana. *Proportio uero ad reliquas quinq; artes uere est, quemadmodum proportio, Domini ad sibi subiectos & illius cui subministratur ad ministros. Ille.n. adiuuente sunt, ut subministrent scientiæ demonstratiuæ, quæ prouenit ex hac parte, id quod persuasione Dyalectica, aut oratoria persuadetur, aut ueri similitudine poetica fingitur, sed iam oportet ut procedamus ad expositionem uniuscuiusq; uerborũ, quæ dicta sunt ab Aristo cum adiutorio Dei, à quo petimus directionem in cognitione ipsius ueritatis.*

Huius Cõtẽplationis ad proprias partes proportionẽ explicare aggredit̃, asseritq; esse Domini ad seruos, quæ vt clareat opus est, vt qualis sit serui ad dñm proportio explicemus, scribit nãq; primo Polit. Arist. totũ serui esse eiusq; opus ad bonũ Dñi referri, hãc proportionẽ ad partẽ propriã sortit̃ hic cõtẽplatio, Topica nãq; ars serua dicit̃, quoniã huic arti cõfert, atq; suũ opus ad ipsam dirigit, sermones, nãq; Dyalectici vti antea patuit sciẽtiæ & demõni cõferũt, in re nãq; difficili, cuius veritas cum sit falsitati ad mixta, latet, & Topico vtimur syllogismo, q̃ vtrãq; cõtradictionis partẽ cõcludit, ex quibus sermonibus, mox sapiẽs veritatem adipiscit cõducit rursus, quoniã sciẽtiæ principia: iterdũ manifestat, totũ igit̃ artis Topicæ opus ad sciẽtiæ, & demõnis cõmodũ refert̃, quare ad Dominos ꝓportio erit, Ars Elẽc. quoniã docet ne decipiamur ac ne à recto tramite recedamus ad demõnis igitur cõmodũ refertur, Ars itidẽ Rhetorica, atq; Poetica, quoniã instrumẽta quæ demõni atq; sciẽtiæ cõferũt, vtriusq; igitur proportio erit serui ad Dominũ, scribit nãq; Auer. 3. de Aïa, nõnullas esse rerũ naturas, quę de facili ꝑcipi nequeunt, nisi his vtimur instrumẽtis, quæ huiusmodi artes edocẽt, partis igitur proportio serui est ad Dominũ. Postremo in calce sui sermonis cũ ea capita absoluisset quæ in librorũ aditu explicari solẽt, pollicetur Aris. literã interpretari. Sed quoniã

6. 14.

Q̃ an Topica sit Logicæ ps. Auer. cũ de ꝓportione est locutus asserere visus est artẽ Topicã itidẽ, & Rhetoricã Logicę partes esse, ꝑinde an ita res se habeat explicare proposuimus, vnde duo discutienda occurrũt, quorũ alterũ est an Topica Ars inter Logicę partes sit collocãdã, alterũ an Topica & Rhetorica facultates specie distinctæ sint, vt videtur asserere Auer. ex eo.n. statim patebit nũquid Rhetoricæ Logicæ pars sit sed quo ad primã attinet quęstionẽ oẽs quot quot ꝑlegi interpretes vniformi, & pari cõsensu Topicã Logicæ partẽ esse asseruere, nẽpe Dyalecticũ syllogismũ, atq; inductionẽ ipsam docet, explicat nãq; cõditiones, & regulas, quibus confici possint, cõstat modo Topicã argumentationem syllogismi speciẽ esse, quare cũ eiusdẽ facultatis sit genus, & oẽs ipsius species cõtemplari, igitur si Logici est, syllogismi regulas edocere igitur, & illas Topici syllogismi, & cũ hęc cõtemplatio non nisi in Topicis habeat̃, Topica igit̃ inter Logicæ partes erit cõnumerãda, quã sentẽtia videlicet Ari. visus est cõfirmare, cũ in aditu lib. Topicorũ se velle aperire pollicetur, quid sit syllogismus Topicus, quẽ dicit secũdũ propositũ negotiũ quærere, Sed absurda est, atq; ab Arist. dissentiens eorum opinio, vt clare ex eodem Arist. colligi potest, qui in limine statim libri Topicorum, inquit propositũ est inuenire Metodum, qua poterimus syllogizare de omni ꝓposito problemate ex ꝓbabilibus & ipsi disputationẽ substinentes, nihil dicamus repugnãs, si Scopus inquit est inuenire viã qua de oĩ, ꝓposito problemate ex probabilibus syllogizare valeamus via aũt hęc, nõ nisi cõium propositionũ manifestatio est, ex quibus ad quodlibet

problema syllogizare valimus,nēpe cōes propositiones Philosophus docet,puta de quo minus videt inesse,& inest,ergo & de quo magis, sed cōes propositiones edocere idem non est ac si regulas Dyalectici syllogismi prębeamus secūdū.n.Logici munus est,primū aūt nequaquā,Logici.n. interest & præcipue in parte propria nō nisi regulas,& instrumenti cōditiones edocere ac eius hic est considerādi modus,quare cū cōmunes locos tradere nō sit regulas edocere Topica igitur ars cū cōes,propositiones præbeat Logicę igitur particula nō erit.eodē etiā lib.vbi iuuamina refert quæ ars Topica præbet,luce clarius rem hanc manifestat,ea nanq iuuamina facultati:quę regulas Topici syllogismi præbet minime cōuenire possunt,iter.n.cōplura iuuamina ibi enarrata,ait cōferre nā ad cōgressus exercitationē,atq ad Philosophiā,quæ non nisi per cōes propositiones,& locos,& minime per eam partē,quę Topici syllogismi,regulas probet,adipiscūtur. Ex alio etiā iuuamine idē claret,nāq ad principia sciētiarū omniū probādi Topicā aditū habere asseuerat,q ei cōsonū est,q primo Posteriorū dicit q nulla facultas propria mōstrat principia hæc.n.vel vt manifesta,aut alibi probata accipit,primus.n. Philosophum,pariter & Topicus contra negantē principia disputāt,vt sæpius Aue. testatur,Topicus aūt nō nisi ex locis cōibus explet id munus,q qdē facultas,quæ regulas Dyalectici syllogismi docet,explere negt.ę.etiā Topicorū,quo loco quatuor problematū atq Topicarū propositionū meminit,puta vtrū mūdus sit ęternus,an voluptas sit fugiēda nec ne,hæc modo ex facultate tradēte regulas minime probētur,sed ex locis & cōibus ppositionibus.Nostrę etiā opinioni fauent,ppositiones,quę in libris Topicorū enarrātur,in qbus nō nisi cōes propositiones enarrantur,quæ oībus problematibus applicari possunt,veluti.2.&.3.lib.locos enumerauit,qbus ostendimus an aliquid alicui vt accidens insit.4.aūt.&.5.locos,& cōes propositiones docet,qbus probamus an aliqd insit vt genus vel vt propriū.in.6. aūt,&.7 illos edocet locos,qbus an aliqd vt definitio insit probamus in.ę. docet respōdere,& interrogare,pspicuū igitur est Topicā regulas nō edocere,sed cōes locos,idē libri nomen patefacit,quæ interdū à re cōsiderata fieri cōsueuit,dicitur nāq liber Topicorum q idē sonat liber locorū cōiū, qui maxime sunt ppositiones,ex qbus argumētaoriūtur,primo etiā Elenc.Dyalecticā circa aliquod genus determiuatū esse negat,si ergo Logicæ particula esset genus determinatū haberet nā vt Aue.meminit cū duę sint Logicæ partes:altera cōis,altera propria cōis genus determinatū habet,quoniā aut enūtiationē vti liber de interpretatione, aut syllogismū simplicitet,vt lib.Priorū.Propria cū instrumēta particularia edoceat genus etiā determinatū sortitur,Topica igit si genus definitū nō habet Logicæ particula nō est cēsenda,eo etiā loco circa res oēs Topicam versari asseuerat ,in calce Elen,cū quæ disputata sint Epilogo colligeret,hæc adiecit uerba : Reliquū aūt est de eo quod à principio erat propobtū ad mēmoriā reuocātes nō nihil de ea re sub breuitate dicere,& finē imponere dictis pręmisimus igitur inuenire, facultatē quādā syllogizandi de proposito ex his quæ sunt quā probabilissimā id.i. opus est Dyalecticæ secūdū se & tātatiuæ hoc modo fieri nequit ex his quę ad ad syllogismi,Dyalectici regulas attinēt,nō igitur Logicę ps.i aditu ēt lib.Rheto.Dyalecticæ antistrophos Rhet.esse asseuerat,quoniā de eisdē sūt,q cōia,& nullius definitę scię esse cognoscunt,testat igit Rhet.&Dyalecticā de cōibus rebus q ad nullā attinēt sciam & artē disputare,si igit particula Logicæ eēt ga syllogismi Dyalectice regulas docet,quomodo de cōibus rebus quę ad nullā attinēt facultatem

cultatē disputabit hæc.n.pugnare videtur,nāq; facultas quæ de regulis est Topici syllogismi,generis est determinati,quę de rebus oībus esse neqt,generis.n. tunc indeterminati esset. Eodē etiā lib.paucis interpositis aliarū inqt igitur artium; nulla,de cōtrariis rōcinatur,sed Rhetorica & Dyalectica id solū explent munus, nēpe Topicus ex cōmunibus aduersus turcas bellū esse suscipiendū ꝓbet,pariter ex eisdē cōmunibus nō esse opus bellū suscipere manifestat,cæteræ nanq; artes,& sciētiæ,quoniam definitum subiectum,definitáq; principia habent illud explere minime possunt,Topica aūt quoniā cōia cōtēplatur,cōmode illud facere pōt,nō igitur syllogismi Dyalectici regulas Topica edocet,eodē rursus lib.cū Rhetoricā definisset Arist.facultatē inueniēdi ꝓbabilia,circa vnamquanq; rem adiecit cum eiusmodi dētur probabilia,si à Rhetorica & Dylectica vt postea edocebimus nō cōsiderātur à nulla ig tur facultate,cæterę nāq; artes & sciētiæ definitū subiectū habēt circa qđ versantur,quare si artes,& sciētię definitā habēt materiam circa quā versanť,probabilia igitur quę in vnaquaq; re inueniunť Dyalecticæ & Rhetoricæ erūt,eorū.n.quæ sunt,aut ꝓpria,aut cōia sunt,si propria eis ꝓpria & definita facultas correspōdet,cōia igiť remanēt,quæ si à Topica cōsiderata nō essent, à nulla igiť,quare impfecte rerū cognitio nobis tradita esset,ex hoc igitur Arist. sermone planū fit Dyalecticā circa cōmunia versari,& nō in tradēdis Dyalectici syllogismi cōdictionibus,eodē etiā capite idē cōfirmat cū Rhetoricā Dyalecticæ particulā ac vt simulacrū asseuerat,vti initio libri,dixit,ambę.n.sunt facultates inueniēdi sermones,& ꝑ sermones prępositiones Dyalecticas audit,capite etiā. 4. eiusdē libri solam Rhetoricā & Dyalecticā generis indeterminati, atq; de oībus disserere asserit,ꝙ etiā primo Post.fatetur,si igitur Topica ars Logicæ pars foret,
85. definitā esset sortitā materiā,qua cū careat,nō igitur illius particula.Vt itaq; clareat res præaccipere opōrtet bifariā Dyalecticę syllogismū cōsiderari posśūt,vel

*opinio ꝓpria*

*Secundæ de dyalectico syllogismo speculatio.*

cū illius regulæ,& normæ explicātur,vti regula est,syllogismū Dyalecticū cōstare ex his,quę apparēt oībus,aut pluribus aut sapiētibus,quēadmodū demōnis hæc regula est,ex veris primis imediatis prioribus notioribus causisq; cōclusionis fluit. Aut Dyalecticus syllogismus cōsideratur,vt regulatus,atq; ꝑfectus est,ac vt ipso aliqd probemus,vtimur,cōsiderare nāq; Topicū syllogismū ipsius regulas,& normas explicādo Logici est,hæc ipsa cōtēplatio in Topicis habetur,sed ex accidēti regulas Topicas explet,quoniā vt Logici habitū induit,neq; hoc ab Aris.cōsuetudine alienū est,nēpe in.2.Rhet.de animi affectionibus disputat,de qbus ad politicū disserere attinet,eo tñ loco Politici induit habitū,primo,etiā de Phi.auditu in Parmenidē,& Melissum arguēs ꝗ motū,& entiū multitudinē negarunt primi Philosophi iduit ꝑsonā,fieri igitur pōt vt alterius Artificis habitū sciētia,& artes suscipiāt,ita Topica ars syllogismi Dyalectici regulas docēs ex accidēti Logicę habitū induit,ꝙ aūt ea duplex cōsideratio de Topico syllogismo diuersa, & altera sit,ex eo patere potest,sæpius.n.sumus testati logicæ artis munus esse omnium instrumentorū regulas & cōdictiones edocere,qbus edoctis hęc ipsa instrumēta conficere sciamus eisdemq; in rebus vti dubiis,lōge modo differt regulas instrumenti prębere,& instrumenta conficere,vti Logica,hanc prębet regulā omnē demōnem ex veris & primis proficisci,naturalis aūt est hāc ipsam cōficere demōnem, puta oē animal rōnale risibile,homo aūt oīs ita se habet igiť risibilis,quā Logicus ꝓrsus ignorat,cū ipse regulās tantū præbeat,regula igitur à propositionibus ex qbus instrumentū cōficitur,longe diuersa est,ex hoc ꝙ cœpimus mōstrare planū

fit,quemadmodum se habent regulę,quæ in logica puta in lib. Poster. traduntur quæ demõnem constituere docent,ad ppositiones ex qbus fit demõ,ita genus Topici syllogismi ad ppositiones,ex qbus Dyalecticus fit syllogismus. Proportio nãq; prospicua est,quare veluti regulæ demõnis diuersæ sunt à propositionibus,ex qbus constat demõ,a pari & Dyalectici syllogismi regulæ à propositionibus Topicis constat syllogismus distinguntur,non igitur idẽ est regulas docere,& propositiones,probabiles afferre,ex qbus Topicus constat syllogismus,ex qua etiã rõne dilucidissime constat,Topicam Logicę non esse particulã,nempe eius munus est tradere propositiotiones,vt ex Arist in aditu primi Topicorũ patet,Logice aũt tradere regulas interest,& non propositiones ex qbus fit instrumẽtũ,quare Topica ipsa longe seiungitur. Cũ duplex itaq; de Topico syllogismo speculatio habeatur & Logicæ altera sit,altera aũt nequaquam,si vtraq; in Topicis habeť ex accidenti eorum altera esse est opus,alteram vero per se,fieri.n. nequit,vt in eadẽ arte de duabus rebus omnino seiunctis per se agatur, quia cum de communibus propositionibus per se agat Topica,vt ex eius ratione patet de regulis igitur ex accidenti disputat,q; ex Arist.dilucidũ fieri potest,qui in libri Elench.calce Epilogo quæ in Topicis disputata fuere colligens asserit cõmunes & probabiles propositiones explicare Topicæ per se conuenire,quia regulas ex accidenti afferre, competit,idem ex Arist,progressu liquido constat,nã cũ Scopum initio libri,proposuerit,adiecit postea Dyalectici syllogismi cõditiones postremo vtilitates,quę Prohemium cõsequebantur,ex quo progressu clare cõstat eiusmodi regulas p parentesim esse traditas. Sed quod animũ angit idest,si in Topicis ex accidẽti de Topici syllogismi cõdictionibus egit,quo igiť loco per se in Logica de illis sermonem habuit. Soluimus hoc,atq; nullibi in Logica has regulas edocuisse fatemur,neq; tamẽ eius sermo mancus est,nã quando in arte de re aliqua sumus verba facturi,cuius per se Ars est,de re illa,quæ ad aliam attinet per se sermo ibi haberi nequit,quanuis in arte propria interdum non consideretur,& q; obstat id in causa est,quoniam ad doctrinæ bonitatem illud fit vti Auer.exemplo planum fieri põr, q paulo superius,dixit,q; cum de condictionibus quę ad materiã attirẽt demõnis fuit primo libro sermo,eodẽ etiam libro de his quæ ad definitionis materiam spectãt,quoniã eędẽ fere,& in paucis differentes,quæ ob paucitatem,& cognitionis facilitatẽ separatos tractatus nõ merebanť,itaq; quoniam paucæ erãt cõdictiones ex quibus Topicus constat syllogismus nempe vnica tantũ atq; cognitu facilis,puta q; si de his quæ omnibus aut pluribus,aut sapientibus omnibus, aut pluribus, aut his,q magis in arte extant,apparent,ob regularum paucitatę simul,& facilitatem propositiones communes docens Philosophus Dyalectici syllogismi simul regulas edocuit. Sed Arist.verba,quæ principio quæsiti portauimus obstare nobis videntur,nanq; policetur illis verbis,de syllogismo Dyalectico dissetere,quẽ asseruit secundum propositum negotium quęrere,sed ex antea tradita syllogismi Dyalectici distributione. Solutio liquet,nam propositũ est de syllogismo Dyalectico non regulas illius tradere sed illum conficere fit autẽ cũ loci,& commũnes propositiones explicanť,perspicuũ igitur ex his est Dyalecticam Logicæ partem nequaquam esse,sed quędam est facultas quæ cõmunes præbet propositiones,qbus de omni proprosita poblemate syllogizare valeamus,hęc aũt cõmunia quoniã omnibus artibus applicari possunt,proinde Philosophus testatur generis esse indeterminati,& hoc est id quod.2.Meth Arist.asseuerat,quãdo asserit primum Philosophum,

losophum, Dyalecticum atq; Sophistam circa idē versari nomine Dyalectici non Logicum, sed Topicum intelligit hę nanq; facultates circa eadem rem versantur, primus nanq; Philosophus disputare pōt licet eius considerādi modus illo Dyalectici, & sophistę strictior sit, nēpe de omnibus disputat primus Philosophus, pro vt entia sunt, nempe de rebus naturalibus, atq; mathematicis quatenus existunt, sed Dyalecticus per probabiles rōnes de omnibus disputat, & pro vt entia sunt, & vt talia sunt entia, puta naturalia, ea mathematica Amplior igitur est eius considerandi modus, Sophista etiam ex apparentibus de omnibus differit, siue a primo considerentur Philosopho, siue à naturali, aut Mathe. huic sententiæ Auer. stipulatur in Paraphrasi Meth. puta in aditu, ibi. n. Topicam artem à Logica separat, & illam sub arte vniuersali colligat, quas his in partes partitur in Meth. Topicā & Soph. planum igitur, quid Dyalectica sit & q. Logicæ particula non sit: ex quibus Latinorum claret error, qui Dyalecticam in docentē & vtentem partiti sunt, & docens q. generis est determinati, de quo affectiones demōstrantur, genus aūt illud, Topicus est syllogismus vtentem aūt Dyalecticam generis determinati non esse, deq; ea in locis citatis Philosophum loqui asseuerant, horum nanq; distributio, q. falsa sit ex his quę docuimus satis claret hęc enim Topica docēs ea est, quæ libris 8. Topicorum absoluitur, quę vt ex Arist. monstrauimus, quæ locos cōmunes docet, & q. Logicæ particula nō est, Topica igitur docens generis determinati non est, in Topica nanq; arte non nisi cōmunes loci ab Arist. edocentur, qui de omni proposito sunt, problemate quare ea quæ docens est generis est indefiniti, & q. ita se habeat res, ex eo constat nam cum quatuor sint problemata puta accidentis generis proprii ac definitionis hæc res omnes comprehendunt, loco autem qui edocentur ad manifestanda problemata enumeranda sunt, Topica igitur docens difinitum genus non habet, vtens aūt definitum sortitur genus, nanq; vtens Topica ea dicitur quæ certę determinatę scientię applicata est, quia circa illud versatur genus, circaq; scientia, quare cum definitum sit scientiæ genus, igitur & vtentis Topicæ definitum atq; determinatum erit subiectum. Non minus in secūde quęstionis solutione varia est interpretrum sententia, Auer. opinatur Rethoricā à Topica specie seiūgi, atq; inter partes proprię Logicæ illas collocat, docet nāq; Rhetorica enthimatis, & exempli condictiones atq; regulas sed facultas quæ regulas instrumenti docet Logica est, quare Rhetorica specie à Topica distinguitur, atq; Logicæ pars non est Quidam alii inter Logicæ partes Rhetoricam minime collocarunt, genere tum a Topica secerni iudicarunt, sed vtraq; opinio à veritate & Aristo. est aliena sed vt clareat magis quod aduersus hos sumus monstraturi quid nos ipsi sentimus prius referemus, opinio itaq; nostra est Rhetoricā in substantia minime distingui, & omnino easdem esse & nomina sinonima vt doctrina, & disciplina distingui tātū iudicamus in accidentibus, puta quibusdā differentiis extrinsecus acceptis, & ne noua Paradoxa dicere videamur ex Arist. id ipsum monstrabimus, qui in limine, primi Rhetoricorum. Cum Dyalectica Rhetoricam conuerti asseruit quandoq; asseruit Rhetoricam esse Antistrophon Dyalecticæ, verum enimuero quoniam vox Antistrophos multifariam ab Arist. interpretibus consueuit interpretari proinde de re ipsa differere oportunum iudicauimus Posteriores Antistrophos idem quod Analogum & proportionale idem significare sunt interpretati quia Rhetorica dicit Antistrophos, idest proportionalis Dyalecticæ, Sed plurimū decipiuntur Analogia nāq; & proportio nō

Topica a rhetorica specie iungatur.
Auc. opinio.
Scda opinio.
Vtraq; opinio arguitur
opinio ppria
Quid uox Antistrophos sonatus,
Primaopinio
Arguitur opinio.

nisi inter res diuersas inuenitur quemadmodum Analogia, & Proportio est inter punctum, & vnitatem veluti enim vnitas numeri principium est ita liniæ punctus: constat modo punctum & vnitatem res esse diuersas, proportio igitur inter res est distinctas Rhetorica autem à Topica altera minime est vt postea docebimus, non igitur Rhetorica Dyalecticę est proportionalis vox ergo Antistrophos idem quod Analogon non sonat. Alii quorum numero Cicero in primo de Oratore fuit asseruere q vox Antistrophos idem quod ex altera parte respondens sonat quare Rhetorica Dyalecticæ dicitur Antistrophos hoc est Dyalecticæ ex altera parte respondens: quo etiam loco Cicero asseruit Philosophum non conuenientiam sed differentiam inter Rhetoricam & Dyalecticam Prębere, puta q Rhetorica Dyalectica amplior sit verum & ipsa opinio Arist. non sapit, vt ex progressu ipsius, atq ex vi vocabuli constabit, ex vi vocabuli, nam Philosophus sæpæ sæpius atq frequẽtissime vtitur voce Antistrophos pro cõuertibili vt apud ipsius legere est in prędicamentis: & primo libro de syllogismo, quãdo de cõuersione agit: & alibi nunquam tamen meminimus Antistrophon apud Aristo. idem quod ex altera parte respondens significare, hoc idem ex Arist. progressu planum fieri potest, nanq non differentiam, sed conuenientiam Rhetoricæ & Dyalecticæ, prębet & ait Rhetoricam esse Antistrophon, idest conuertibilem cum Dyalectica nempe Arist. Scopus est Rhetoricã posse ad artem reduci, explicare quod quidẽ à nonnullis negabatur q manifestare cupiens inter Rhetoricam, & Dyalecticam conuenientiam manifestare cœpit, vt ex illa propositum explanaret, quare si differentia aperiretur Philosophi propositũ nõ explanaretur adhuc cũ statuisset Rhetoricam esse Antistrophos Dyalecticæ, huius statim subdit causam vtraq nanq generis est indeterminati modo vtranq affirmare. Circa easdẽ res versari discrimen nõ est tradere sed cõueniẽtiam facultates nanq quæ circa easdem versantur res: Penes hoc minime distiugunt cum itaq Aristotiles circa easdem Rhetoricam & Dyalecticam versari assereret penes igitur idem non differunt, sed conueniunt, eodem etiam libro Rethoricam Dyalecticę similem asserit, & dicit se dixisse quo pacto similis in libri aditu, & nequis deciperet similitudinem adiecit, quam libri initio edocuit: puta nullam harũ esse generis determinati, sed facultates esse quę sermones inuenirę docent, quæ verbis ostendunt non differentiam, sed conuenientiam Rhetoricæ & Dyalecticę initio libri tradidisse, nõ igitur recta est Ciceronis sententia. Auxilium autem q nonnulli Ciceroni præstãt neq nobis obstat asserunt nanq Ciceronem idem quod nos sensisse, & per ea verba dicere voluit Rhetoricam Dyalecticæ conrespondere, & hoc ex Arist. sentẽtia quod autem de differentia adiecit ex suo animo asseruit: sed hi Tullio aduersantur qui vt propriam opinionem confirmaret Zenonis præbuit testimonium, Zeno nanq ille a quo Stoicorum emanauit vt doctrina, manu mõstrare solebat, quid inter has artes interesset pugni exemplo illam obstendebat, nempe cum digitum comprehendit pugnumq clausit, Dyalectica monstrabatur, cum autẽ manum dilatabat palmam eloquentiæ similem docebat, quare vt Zeno confirmaret sententiam Cicero, subdit vt dixit Ari. in initio Rhetoricæ plane igitur ex Marci Cicer. verbis discrimen, & non conuenientiam Arist. tradere. Quare Antistrophos sonat idem quod conuertibilis Philosophus igitur Rhetoricam cum Dyalectica conuerti initio libri accipit cuius præbuit causam quoniam circa easdem res versautur ex quibus propositum, monstramus ille nanq facultates quæ circa

easdem

Scdạ opinio. Ciceronis.

Arguitur Cicero.

Cap. ii.

Auxiliũ quorundam.

Arguitur opinio.

eifadem versantur res,atq; eodem modo considerata natura,& substãtia eadẽ sunt nam facultates diuersæ aut penes subiecta diuersa,& diuersum cõsiderandi modũ distinguuntur aut penes alterm atantũ puta ob considerandi modũ igitur,ita non distinguntur omnino in substantiæ natura eædẽ sunt Dyalectica itaq; & Rhethorica,cum circa eadem eodem modo considerata versentur substantia igitur,& natura eędem sunt minor ex Arist.ibi patet vbi asserit circa easdem res vtrasq; versari atq; generis esse indeterminati quòd autem vtriusq; idem sit considerandi modus ex eisdem verbis decarpi potest nẽpe si Rhetorica,& Dyalectica easdem res modo diuerso considerarent tunc inferri non posset Rethoricam,& Dyalecticam conuertibiles esse sed magis esse distinctas vti naturalis Philosophiæ & Medicine ars quanuis eadem contemplantur quoniam modo eodem inferri non licet easdem,& conuertibiles esse a pari cum conuenientiam,illarum inferat,Philosophus opus igitur est vt easdem res eodem modo negotientur, ad idẽ facultates ille eædem iudicantur quæ affectiones proprias easdem sunt sortite propria nanq; accidentia ea vocantur quæ omni subiecto soli,atq; semper conue-

Cap.1. niunt rebus enim diuersis diuersę conueniũt affectiones Rhetorica igitur & Dyalectica cum easdem sint sortite affectiones eædem igitur sunt secunda propositio ex Arist.ostenditur qui primo Rhetor.aliarum inquit artium nullam de contrariis sermonem faciunt solę autem Rhetorica & Dyalectica de contrarii ratiocinantur Loqui autem de contrariis propria est affectio,quę Rhetoricæ semper inest,semper illius naturam insequitur pariter et Dyalecticæ,inest & ipsius naturam consequitur quam primum enim Rethoricæ atq; Dyalecticæ naturam statuamus illico de contrariis syllogizare posse asseueramus:easdem igitur habent affectiones quare eædem sunt,id etiam eo loco Arist.confirmat,quando asserit Rhetoricã,& Dyalecticam generis esse indeterminati,& de omnibus disputare Præterea ea facultas qua probabilia circa vnamquanq; rem inuenire docet , atq; de contrariis syllogizat Rhetorica est quemadmodum ex eius definitione constat Dyalectica autem probabilia circa vnamquanq; rem inuenire docet,atq; de eisdem syllogizat Dyalectica igitur est Rhetorica & vice sequitur versa,sed huic rationi statim quis occurrere posset Ari.nanq; ita Rhetoricam definit,facultatem esse quæ persuasibilia circa vnamquanq; rem inuenire docet & non ait probabilia sed hoc dissoluimus non.n.persuasibile & probabile differunt sed idem sunt q; ex Arist.verbis ratione sumpta monstramus Philosophus nanq; Rhetoricę diffinitione tradita quoniã dubia definitio hęc videbatur,eam quo quo modo explicare est agressus,asseritq; Rhetoricam docere inuenire persuasibilia quoniam artiũ, & scientiarum aliarum nulla hoc præstare potest, sola enim Rhetorica hoc præstat munus:cuius præbet rationem nam reliquefacultates certum,& definitũ genus habent,de quo passiones probãt puta Geometria magnitudinem,medica ars corpus humanum,itaq; & reliquæ genus certum sunt sortitę,& proinde sola Rhetorica persuasibilia contemplatur cũ generis ipsa sit indeterminati,si modo Rhetorica esset altera à Dyalectica,& probabile à persuasibili nullius esset monenti ratio quoniam quis statim occurret hanc facultatem quę persuasibilia circa vnãquanq; rem inuenire docet esse Dyalecticam,& non Rhetoricam cum Dyalectica generis sit indeterminati. Deinde ea facultas quæ sermones inuenire docet Dyalectica,est Aristo.enim consuetudo est nomine sermonis orationes Dyalecticas intelligere,& proinde Dyalecticus syllogismus quoniam ex probabilibus

Cap.11. constat sermo dicitur vt ipse Arist.testis est primo Rhetor.cum itaq Rhetorica sermones inuenire doceat:Rhetorica igitur Dyalectica est minor ex Arist.ibidē cōstat quare si Rhetorica,& Dyalectica est probabile & persuasibile idē & ca p. 4.ait quanto.n.quispiam Rhetoricam & Dyalecticam vt scientias,non autem vt facultates ponere conatur:latet ipsum destruere ipsarum naturā cum.n.primo posnimus esse scientias illico subiectas res habere asseueramus, quare non facit illas esse de solo sermone. Postremo omnes facultates quæ eadem principia suorum syllogismorum sortiuntur,atq omnino syllogismos eosdem:pariter,& argumentationes:hoc.n.ex Arist.primo huius plane patet,quando asserit non esse de genere

Cap.179. in genus transcendendere non.n.Arithmeticę demōnes Geometricę esse possunt. quoniam tria sunt quæ demōnē ingrediuntur:vt primo huius patet,vna.n.scieutia est vnius generis subiecti partes,& passiones considerans diuersæ aūt sciētiæ sunt quarū sunt principia diuersa primo Poste.facultas igitur quę eadē principia syllogismorum atq argumentationes habet:eadem est cum illa quæ eadem hæc est sortita:Rhetorica autem & Dyalectica ita se habent:primo.n. Rhetorica Philosophus in calce.11.Cap.hæc habet verba:voco autem Rhetoricos,& Dyalecticos syllogismos de quibus dicimus:locos:hi aūt sunt loci communes:qui communiter loquntur & de phisicis,& de moralibus,& hi sunt syllogismi qui fiunt ex his communibus:quæ omnibus facultatibus conueniunt:ex his ratio ordienda venit:omnis syllogismus,aut omne syllogismi principiū aut alicuius facultatis proprium est aut omnibus est conueniens facultatibus & commune,non. n. medium datur si.n. syllogismorum omnium sunt principia,neq Rhetoricæ,neq Dyalecticæ sunt,sed scientiarum artium & si communia Rhetoricę,& Dyalecticæ erunt,eadem igitur principia habent quare easdem argumentationes ex eisdem.n.principiis eædē non nisi argumentationes fluunt planum igitur est in substantia & natura Rhetoricam,& Topicam non distingui,vtriusq nanq natura atq substantia est communia considerare,quæ alicuius determinatæ scientiæ minime sunt: Et vt clareat res altius quędam erunt repetenda ostendimus priori disputatione,artem Topicam duo claudere,locos communes qui omnibus artibus, & scientiis competere possunt,& regulas Dyalectici,syllogismi,quæ per se Topico nequaquam competunt, loci nanq cōmunes,per se Topicę conueniunt,& proinde per locos communes & non per regulas Topica definitur:vocat nanq Philosophus illam Methodū qua de omni proposito problemate ex probabilibus valeamus syllogizare quod quidem merito locorum communium Topica præstat:ea igitur pars quæ naturam & Dyalecticę substantiam præstat,est quæ locos explet,& non quę Topici syllogismi regulas:quæ ex accidenti Topicę conueniunt, ex ambabus tamen partibus agregatū Topice nomine vocari consueuit,vt autem in Topica duo illa claudūtur:ita in Rhetorica complura continentur:quorum quędam ipsius naturam:atq substantiam complent,quędam aūt minime:sed Rhetoricæ ex accidenti conueniunt,loci enim communes quę naturam Dyalecticę complent in Rhetorica sunt sunt etiam regulæ entimematis & exempli norme,quibus ad persuadendum utimur,sunt etiam virtutes animi affectiones atq hominum mores,quando aūt Rhetorica de proprii syllogismi regulis sermonem habet illud ex accidenti explet munus quoniam Logicę personam induit quomodo Logicæ particula ab Aristot. appellari consueuit Dyalectica.n.cum duo illa Claudat quoniam fere eędem regulæ entimematis,& Topici syllogismi sunt vt dicemus quare pars Rhetoricæ,

quę

quę eiusdem regulas docet sub illa Topicæ claudit iure igitur particula ipsius, ob alteram autem partem quæ locos communes docet, quę etiam Rhetoricę naturam complet, & quę vere Dyalectica est, similis Dyalecticæ ab Arist. vocatur q͏̄ ex Arist. decarpi potest primo Rheto. quando persuasionum genera distribuit ait Rhet. esse quasi Dyalecticę propaginem, dicitur .n. propago ob syllogizandi potentiam, similis aūt quo ad substantiam, q͏̄ ita mōstrat Philosophus, cōplures nāq͏̄ decipiebantur, Rhetoricam a Politica seiungi non credentes, quoniam ipsa de moribus virtutibus & animi perturbationibus differit, vt eodem lib. Arist. scribit, & proinde cum has Claudat Rhetorica partes, proinde Philosophus asseruit, Rhetoricam ex parte, resolutiua componi, & hoc quo ad partem quę conditiones Rhetorici syllogismi edocet, nempe conditiones illę ex finis notione sunt explicatæ & proinde ea pars resolutiua nuncupatur, verum ipsa pars ex accidenti Rhetoricæ inest, cuius merito Rhetorica Dyalecticæ particula dicitur, similis autem in substantia nam vt ex eodem primo Rhetoricorum carpitur, & primo de ortu, & interitu, quando aduersus antiquos dixerit, ait, si simile agit in simile, tunc idem in se ageret, nulla enim maior similitudo est, quàm eiusdem ad se ipsum, quare similis Dyalecticæ Rhetorica dicitur, quoniam eadem in substantia cum Topica est, vt ex Cap. 11. haberi potest, quo loco inquit si fateamur ea esse iucunda quæ simillima sunt idem erit sibi iucundum, quoniam idem sibi met simile est, quare simile interdum sonat quòd idem, in substantia, & natura, sed dubium ad huc est, si nanq͏̄ eadem in substantia & natura Rhetorica cum Topica foret, igitur earum altera superuacanea esset, sed de facili hoc dissoluitur, quòd licet enim eadem natura, & vtriusq͏̄ substantia est: quia Topica cum Methodus dicitur quę locos communes præbet, qui vniuersa respiciunt problemata vt ex Philosopho constat qui cum quatuor problemata constituisset, mox locos tradidit, quibus ad vnumquodq͏̄ problema argumentari valeamus, Rhetoricæ enim natura atq͏̄ substantia hęc eadem est, sunt enim loci illi communes, quibus de omni proposito problemate syllogizare valeamus Rhetoricę substantia, vt primo Rhetorico. Philosophus scribit aduersus eos qui partem, quæ animi ṗturbationem edocet, Rhetoricę substantiam complere affirmarunt, hoc arguens ait quòd pars, quæ Rhetoricę naturam complet, loci sunt communes, ex quibus oriuntur argumentationes, reliqua autem quę in Rhetoricis explicantur, appendices, & artis adiectiones artis esse asserit, & quamuis substantia eadem Rhetorica sit, quibusdam tamen differentiis accidētariis à Topica seiungitur; loci vniuersales & cōmunes in Topica traditi, qui omnibus artibus atq͏̄ scientiis applicari possint in Rhetorica politicæ, atq͏̄ ciuili facultati applicantur: quorum applicatio quadam eget singulari cognitione ex qua est Rhetorica confecta, Rhetorica nanq͏̄ Topica est ciuili appropriata facultati, vnde nomen hoc sortitur Rhet. ex materia extrinsecus Rhet. enim idem q͏̄ eloquens, & Rhetorica eloquentia dicit͏̄, vt Cicero in oratore testat͏̄, quare differentia ab extra recepta Rhetorica à Topica seiungitur, sed dubia opinio hęc videtur, nam si substantia Rhet. à Topica non seiungitur, argumēta igit͏̄ Rhet. non nisi ex cōibus fluerent, constat modo ex Arist. primo Rhetoricorum in Rhetorica nonnulla esse argumenta quæ ex cōibus minime fluunt, puta ea, quæ signa vocat, puta si dicamus Mulier hæc in mammellis lac habet, igitur peperit, eiusmodi enim argumenta Rhe. sunt, ex cōibus tamen non proficiscunt͏̄ præterea cū scientiæ argumentis ex cōibus vtantur, veluti Philosophus primo post. de Bris

Cap. 2

Cap. 4.

Cap. 2 4.

Dubium.

Dubia.

sone testatur, huius demōstratio ex cōibus erat, quo igit pacto hęc ipsa argumēta a Topicis, & Rhet. distinguantur. Amplius si vtriusq substantia eadem est cur Philosophus ait Topicam opinionem: Rheto. persuasionem parere, alteram etiā ex probabilibus, Rhetor. autem ex persuasibilibus proficisci, nunquid opinio & persuasio idem an secernantur potius, pariter & de probabili, & persuasibili inquiritur, & si eadem cur hac nominum diuersitate est vsus. Insuper si Rhetorica exemplo atq enthimemam vtitur: inductione, & syllogismo Topica hæc argumenta eadem nequaquam sunt, igitur neq Rhetorica, & Dyalectica postremo, si inter artes Rhetorica enumeratur, vt primo Rhet. Arist. testatur Topica autem

Solutionem minime, fieri igitur nequit vt vtriusq eadem sit substantia. Sed soluimus dubia hęc, & eo ordine quo fuerunt proposita, atq vt à primi solutione exordiamur: fatemur argumenta quæ ex communibus fluunt Dyalectica, & Rhetorica propriæ nuncupari, vt ex Aristo. in calce Cap. secundi primi Rhet. voco inquit Rhetori-

Cap. 6. 7. 8. cos syllogismos & Dyalecticos, qui sunt ex cōibus, q etiā primo Elē. asseuerauit Clare igitur constat argumenta quæ ex cōibus fluunt Rhet. & Dyalectica vocari, ea aūt argumenta, quæ ex propriis vnius fluunt artis & scientiæ, vni tantū scientię propriæ sunt, vt quæ in Geometria sunt Geometrica, quæ Rhet. & Topica mini-

Cap. 11 me vocari possunt, vt ex Arist. decarpi potest primo Post. quando asserit vnāquanq scientiam proprias interrogationes atq responsiones esse sortitam Argumēta aūt & quæ ex principiis propriis fluunt vnius scientię pluribus tamen cōclusionibus eiusdem facultatis cōia sunt, non vere Dyalectica videntur aūt per quandā pportionem, & similitudinē Dyalectica vere nanq Dyalectica ex his quę oibus facultatibus quęunt applicari fluunt, dicūtur aūt Dyalectica, quoniā nō vere demōnes cum scientiā nō pareant, sed opinionē potius, vti hic syllogismus omne respirans animal Paries non respirat ergo non est animal. Argumenta igit quæ in scientiis inueniunt si ex illis fluunt cōibus quę oibus queunt applicari vere Dyalectica sunt, Brissonis aūt demonstratio non vere Dyalectica sed illi consimilis: quatenus scientiam non parit, tunc. n. Dyalectica vere diceretur, si ex his quæ oibus conueniūt flueret, quare vt q dubitatio quęrebat, dissoluamus argumēta quę ex his non proficiscuntur cōmunibus, quæ oibus competere nequeunt, neq vere Rhetorica neq Dyalectica vocantur, sed in proprie vt primo Rhet. prope calcē secūdi Cap. scribit Philosophus, quo loco ait entimemata oia aut ex cōibus aut ex propriis proficisci & propria ad proprias attinere facultates, quando aūt argumenta, quę signa vocat, Rhetor. esse pronunciat secundū similitudinem Rhetor. sunt quanuis enim illis Rethor. vtatur, non tamen vt Rhetor sed vt Politici personam induit, vt eodem libro etiam Aristo. testatur q ratione fieri potest planum nempe

Cap. 2 enthimemata, quæ de bono & iusto sunt, Politica sunt, Rhetorica autem non nisi ex accidenti quatenus Politicæ Rhetorica appropriatur. Dissoluitur & dubitatio alia, & persuabibile atq probabile idem esse asseueramus vt ex aditu libri Rhetor. constat, nam si Rhetorica cum Dyalectica conuertitur ambæ nanq communibus vtuntur, quę omnibus competere possunt, cum hæc communia eadem

Cap. 3 sint, probabilia igitur & persuasibilia eadem, & paulo post voco inquit syllogismos Rhetoricos, & Dyalecticos, qui ex cōmunibus: ratione etiam idem ostendit loci communes quibus Rhetorica vtitur illi met sunt qui in Topicis habentur, si ergo Topica ex probabilibus Rhetorica autem ex persuasibilibus: hęc igitur eadem sunt, antecedens clarum est legenti locos quoniam illos eosdem

inueniet

Cap.7 inueniet vtrobiq; enarratos,q etiam Philosophus eodem lib.fatetur quando asse-
rit q ars dicendi non considerat ea probabilia quę referuntur ad singularia puta
quæ ad Socraté, aut quę ad Ippiam,sed quæ omnibus accomodari possunt,q qui-
dem Dyalectica explet munus,vtranq; ig tur fatetur probabilia considerari quæ
Cap.8 omnibus conueniunt,quare idem persuasibile & probabile,& primo Topicorum.
Sunt autem inquit persuasibilia ex quibus sunt contrarii syllogismi,quoniam ha-
bent contrariam rationem persuasibilem,vt nunquit mundus sit æternus nec ne fa-
tetur,igitur rationes Dyalecticas ex persuasibilibus esse & eodem libro ait hoc
videt alicui propterea q habent sermonem persuasibilem & capite sequenti cla-
rius illud ostendit,quando instrumenta Dyalectica numerat & explicat condi-
Cap.9. ctiones inductionis instrumenti Dyalectici inductio est ex eis, quæ magis per-
suabbilia sunt,idem igitur persuasibile,& probabile,opinio etiam & persuasio ea-
dem sunt ex eisdem enim fit opinio ex quibus persuasio ex eisdem enim principiis
eædem oriuntur cognitiones,opinio igitur,& persuasio eædem erunt. Præterea
si opinio à persuasione distingueretur diminutus Aristo.in sexto Ethi.fuisset:vbi
omnes intellectus nostri habitus enarrat,quos quinq; numero esse asseuerauit,in
quibus mentem non decipi asseruit,in opinione autem & existimatione non de-
cipi,non igitur opinionem ab ipsa existimatione seperat,& primo,& secundo hu-
ius prope vtriusq; calcé,cum quid inter scientiam & opinionem intersit,ostendis-
set,asserit scientiam ex necessariis esse opioionem vero ex contingentibus, persua-
sio igitur aut ex necessariis est, quare scientia,aut ex contingentibus vt vere est
Cap.11 ergo opinio,quod ex Aristo. decarpi potest primo Topicorum & in calce tertii
Rhetor.vbi cum problemata distribuisset,asseruit his problematibus Dyalecti-
cam vti,qnibus Rhetoricam,vti est fassus,quod sicut Dyalectica tendit ad opinio
157. nem,ita Rhetorica ad opinionem tendit,secundo etiam de anima asserit id q opi-
nionem generat etiam,persuasionem parere,cuius hæc sunt verba,at vero neq; sem
per vera dicentium,neq; vna erit vt scientia & intellectus est enim fantasia & ve-
ra & falsa,relinquitur ergo videre si opinio sit,fit enim & opinio vera & falsa,opi-
nioni nanq; fides inheret,non enim contingit opinantem de quibus videtur non
credere,Bestiarum nanq; nulli inest fides phantasia autem multis. Amplius si
omnem opinion[illegible] insequitur fides,fides autem suasum esse,suasionem autem se-
quitur ratio Bestiarum quidem quibusdam fantasia inest,ratio vero non. Si er-
go fides opinioni cohæret,qui opinionem parit,fidem facit, fieri enim nequit, vt
quis opinionem habeat,& nón fidem,persuasioni autem fides adhęret, persuasio
igitur & opinio eædé.Neq; alia obstat dubitatio syllogismus nanq; & enthimema
idem sunt quam rem Philosophus primo Priorum hac ratione probat,qui idem fa
cit videlicet complexi cuiuldam aut syllogismus,est aut inductio,sed enthimema
& exemplum fidem faciunt de aliquo cóplexo ergo aut syllogismus aut inductio,
Cap.2 & primo Rhet.eorum autem quibus probamus vt in Dyalecticis aliud inductio
est aliud syllogismus enthimema igitur syllogismus Rhetori.est exemplum vero
Rhetorica inductio,omnes,n.fidem faciunt,demonstrando,vel exempla dicendo
vel enthimemata,opus igitur est vt enthimema idem sit q syllogismus, exemplum
vero idem quod inductio,sed in dubium hoc vertitur,si enthimema argentum est
cui altera deficit ppositio syllogismus autem ex duabus constat:non igitur idem q
syllogismus entimema,huic argumento.ibi Philosophus facit satis & fatetur q si
in entimemate altera derelinqtur ppositio,id non fit,quoniam necessaria nó sit,sed

Cap.25. quoniam ipsa sub intelligitur.n.fit ob auditorum commodum secundo Rhet.ꝙ syllogismus quidam entimema sit.dictum est prius,& quo modo,syllogismus & in quo à Dyalectico differat,nos.n.sæpe sępius apud iudices verba facimus,& leges supponimus & ideo altera derelinquitur propositio non quoniá entimema absq; ea fidem faciat, sed quoniam prospicua & manifesta est,hoc igitur in natura,& substantia diuersitatem non arguit, Rhetorica enim entimemate vti conuenit vt politicę applicatur cuius causa differentia accidentaria à Topica distinguitur.Postrema dissoluitur ambiguitas,neq; enim Rhetorica,neq; itidem Dyalectica artes vocari possunt quemad modú ex artis definitione sexto moralium claret, dicit.n. ꝙ habitus sit cum recta ratione factiuus,quæ ratio neq; Dyalecticæ,neq; Rhetoricę connenire potest.Præterea ars Cognitio est,per definitum mediú habita:quo-
Cap.4. modo Rhetorica,& Dyalectica non se habent vt primo constat Rhet.vbi ait qui Rhetoricam & Dyalecticam posuerit non vt facultates,sed vt scientiam,& artes, latet ipsum euertere naturam ipsarum,facit.n,eas de rebus certis,& nõ de cõibus, quare prospicuum ꝙ artes dici nequeunt,ꝙ si artem initio Rhetoricorum Rhe-
Cap.1.5. toricam vocauit in proprie tamen,vt primo Elen.& primo Rhet.quatenus ꝑsua-siones alię artificiosæ sunt,aliæ nequaquam,vocat autem eas sine arte quæ à nobis non excogitantur,quare cum eiusmodi facultates à nobis, excogitentur proinde artes vocantur,nõ tamen verę vt artem 6.Moralium definiuit ,sed verba in calce
Dubium. secundi Elen.difficultatem pariunt quo loco Philosophus testatur veteres Rhetores complura de Rhetorica scripsisse,sed de syllogismis nihil, & per syllogismos omnes Dyalecticos intelligit,si modo in substantia & natura à Topica non secer-neretur,fieri igitur nequit vt complura de Rhetorica & non de Dyalectica vete
Solutio. res scripsissent,sed ab Aristo.primo Rhetoricorum solutio decarpi potest,qui veteres qui de arte dicendi sermonem habuerunt,Rhetoricæ partes quę naturam & Rhetoricæ substantiam complebãt,dereliquisse asseuerauit & appenditias atq; artis abiectiones scripsisse,natura nanq; & Rhetoricæ substantia:loci erant communes ex quibus argumentationes fluunt,communes enim loci soli ad artem spécta-re videntur,quarum veteres non meminerunt,sed eorum tantum quæ extra erant artem puta de animi perturbationibus atq; affectibus vt de odio,inuidia, miseratione,indignatione,& de reliquis,quæ artis abiectiones sunt,quare si de natura,& Rhetoricę substantia disseruissent,etiam & de Dyalectica,sed quoniam artis abiectiones sunt prosecuti,iure dicitur complura de Rhetoricis scripsisse, quoniam de his quæ ad artem attinere credebant,& non de Dyalectica,scripserunt,planum igitur ex his est Rhetoricã in substantia à Topica non seiungi,quare si Topica,
An lib.Elen. sit ꝑs Logicę vt antea docuimus Logicę pars non est,neq; igitur Rhetorica. Verum enimuero quoniam ars Elen.inter partes proprias Logicę enumeratur,proinde est opus vt disseramus,an res ita se habet,sed de facili res explicari põt,si.n.idem est iudex recti,& obliqui vt primo de anima scripsit Arist.quare cum obliquitas Dyalectici
85. syllogismi Elencus sit syllogismus,fit igitur vt cuius facultatis interest de syllogismo Dyalectico disserere,eiusdem sit,& de Elen.syllogismo,ꝙ ex Arist.colligitur q primo Elen.qui Dyalectici interesse de Dyalectico syllogismo atq; apparenti disputare asseuerat,ꝙ etiam in calce eiusdem capitis affirmat,& in primo &.2.Rhet. inquit.n.Dyalectici interesse de vtroq; disserere syllogismo,& primo Elen. pollice-
Cap.8. tur se de Sophisticis Elen.disputare,quare si eiusdem artis est de vtroq; disserere,
Cap.pri.24. si monstratum est Logicæ partem minime Topicam esse,neq; artem Elencam,sed

vt

Cap.1 ut clarior sermo fiat præaccipere oportet, q quemadmodũ illa duo edocentur reguls syllogismi Topici, & loci probabiles, ita in arte Elencorum edocentur, regulæ Elenchi syllogismi, quæ pars ex accidenti consideratur & de illis Sophista dixerit, vt Logici habitum induit, ipsa enim consimiliter de omnibus est atq; generis indeterminati per se igitur de regulis agere nequit. Docet rursus locos apparentes probabiles quibus de omni proposito problemate apparenter syllogizare valeamus de quibus differere proprium munus est Elenc. n. ars Methodus est quæ locos apparentes inuenire docet, vt ex his de omni proposito problemate valeamus syllogizare, quare cum hi loci omni possint applicari problemati, ipsa igitur generis erit indeterminati. Preterea cuius est habitus eiusdem est priuatio, vt ex post prædicamentis patet si igitur Topica Sophisticæ habitus de omnibus disputat & proinde generis est indeterminati igitur & eius priuatio, quæ ars est Elenca, de omnibus & generis erit indeterminati q ex Arist. colligitur. 4. Metha. quando circa idem Methaphisicum Dyalecticum, & Sophistam versari asseuerat, quare cum circa omne ens Dyalecticus versetur ergo & Sophista, q Auer. confirmauit Epith. Metha. circa aditum & alibi quoq;, planum igitur est Elen. artem Logicę partem non esse, sed complura dubia discutienda proponuntur, nãq;

Dubia. Cap.7.11 à se met ipso & à nobis dissentire videtur Arist. primo. n. Elen. inter Topicam & Sophistam discrimen interponit, quando ait quę probabilia sunt ad Dyalecticam

Solutio. attinere, quæ vero Sophistica & apparentia ad librum Elen. sed soluimus hæc nẽpe Dyalecticæ nomine eam vocat quæ de vero est probabili quæ Topicorum libris tradita fuit, quo pacto Sophistica Dyalectica non dicitur, non. n. de vero est probabili, sed apparenti, & proinde vocatur Dyalectica Sophistica & apparens quare Dyalecticus est q de vtrisq; differit locis, verus tamen de veris qui vere probabiles sunt, sed apparens de Logis apparentibus, secunda dubitatio est nam non tantum syllogismi Dyalectici in Elencha arte obliquitates edocentur sed syllogismi simpliciter errata, quare si eiusdem est rectum, & obliquitatem recti considerare, Logica igitur vt Liber Prio. cum syllogismum simpliciter consideret ergo & illius obliquitates, & erratam, quæ cum libro Elen. explicantur erit igitur Elen. liber Logicę pars, sed euertimus hoc, neq; fatemur in lib. Elen. syllogismi sim-

Capi.6.7. pliciter errata considerari, sed Dyalectici syllogismi tantum errata ut ex Arist. decarpitur primo Topicorum, & primo Elen. syllogismi. n. de quibus in ibro Elen. agitur, non peccant aduersus syllogismum, vt simpliciter est, sed vt Dyalecticus est, neq; tamen obstat errata enumerari quæ formam viciant, nam cum syllogismus Dyalecticus sit quoq; syllogismus, quare enumerantur vt Dyalecticum syllogismum vitiant, qui simpliciter syllogismum in se claudit. de obliquitate. n. simplicis syllogismi in lib. Prio. fuit habitus sermo, asillogisticę nanq;, & inutiles combinationes de quibus in Prioribus disputatur simplicis syllogismi errata atq; obliquitates fiunt.

FINIS.

# ELENCVS SEV INDEX QVAESTIONVM quæ his comentariis Ioan. Iacobi Pauisii Calabri Cathacensis Continentur.





F I N I S.

# Errores Impressorum sic corrigito.

PAgina.2.in immargine posteriores solutiuus lege posterior resolutiuus. Pag.2.fac.2.lin.7.philo ph'os lege philosophus. Pag.2.fa.2.li.23.literis lege lis. Pag.2.fa.2.li.39..libelles lege libelli. Pag.3.f.c. prima lin.9.qui lege quid ibidem li.17.ut esse lege ex esse ibi fac.2.lin.7.consstituta lege constituta ibidem fa.2. li.12.una uera lege uera ibi.li.24.spatium lege spetiem. Pag.5 li.37.babeat lege habeatur ibi.li.38 fortasserit lege fortaße erit ibi.fa.2.lin.17.etat lege erat ibi li.42.conditiones lege conditionum. Pag.6.fa.prima in margine Quomodo syllogismus sit demonstrationi adda forma. Pag.9.fa.prima li.10.inquit lege in quid. Pag. 11.lin.7.affictiones lege affectiones ibi.lin.16.affictiones lege affectiones. Pag.12. lin. 19.cognuionem lege cognitionem. Pag.14.li.43 uersfatur lege uersatur. Pag.15.li.9.manus lege munus ibi.li.24.cognitiones lege cognitionis ibi. fa.2.li.22.scientias lege scientia.ibi.li.34.scientiæ lege scientia ibi.li.35.superiores lege superioris. Pag.15 fa.2.li.33.alteret lege altera ibi.li.41.aliquem lege aliquam,ibi.li 44. non lege nam. Pag.17.fa.2.li.20 fine lege finem. Pag.19.fa.prima li.27.orgumento lege argumento ibi.fa.2.li.prima Topicorum lege Topicum ibi.li.6.primo opositis lege propositis ibi.li.10.inier lege inter. Pag.24.fa.2.lin.35. accides lege accidens. Pag.25 fa 2.li.8.demõne lege demõni. Pag.26.fa.2.li.35.defsnit lege definit. Pag. 28.fac.prima li.43.infenta lege intenta ibi.fac.2.li.32.resolutione lege resolutiue. Pag.30.fac. prima li.prima dubiam lege dubium ibi.li.45.qui lege quod ibi.fa.2.li.14.præsentat lege proferunt ibi.li.21.ulud lege illud Pag 31.fa. prima li.10.hanc lege hunc ibi.fa.2.li.33.fines lege finis ibi.li.44.demõne lege demõni. Pag. 32.fa.prima li.33.perfectio lege perfectior ibi.fac.2.li.10.priore lege priorum ibi.li.43.ob lege ab. Pag.33.fa 2.li.7.eum lege cum,& li.31.inuenta lege inuenter,& pag.36.speculat lege speculatur,& fa.2. li.14.&. 32.affectionis,lege affectiones.pag.37.fa.2.conditione lege conditiones li.10.&.12.definitiones lege definitione,&.13.deficit lege de. Pag.38.li.17.simplicora lege simpliciroa,et.34.agnitiones lege agnitionis. Pag. 39.li.5.exposuises,exposuisse fa.2.li.24.onde.unde & 25.definition,definitio. Pag.40 li.17.conueniat conueniant .Pag.43.li.22 inscribi lege inibi,&.30.certi lege arti,&.42.logici, Logica,& fa.2.li. 29.prædita lege prædicata. Pag.44.li.24.se rex.lege scire. Pag.45.li.23.spetiebus coniunguntur,lege species per se cõsiderat & fa.2.li.24.materia lege materiæ. Pag.47.fa.2.li.4.principium,lege primum, &.20. aduersas ad diuersas. Pag.48.fa.2.li.5.uniuersale, uniuersali. Pag.49.lin.10.trattutus lege tractatus,& li.34. subiectum,lege subiectam.Pag.50.li.5.laternũ lege laterũ &.18,monstratut.lege monstratur,& eadẽ li.uri lege uti fa.2.li.2.e,lege & ibi.præmissis lege præmisse,in margine intentus intentum.et.3.debere lege dicere, &.11. ea ex &.17.ex arte, ex acte, &.23.idem,& Pag.51.li.29.reliqui,reliquis,&.39.quinq; lege. quandoq; fa.2.li.26.bis,lis,&.33.animã,animal. Pag.52.li.44.libri,libro. Pag.53.li.2.premissas lege præmisse,& in margine rõnisq; Auicenna.lege rõnes Auicennæ,& li.23.odiũ lege modũ,&.35.demõ lege demonstratiue fa.2.li.2.cõe lege cõi,&.25.progressa lege progressu. Pag.57.li.24.solutiones lege solutionem, ibi. quærir,quærit.&.32.contingitur,lege contingit,& fa.2.li.21.bir,bis,&.31.subeecto subiecto. Pag.58.li.21. nunquam,non nunquam,& fa.2.li.32.noturaliter,naturaliter. Pag.2.59.fa.li.18.propostione,propositiones.

FINIS.

REGISTRUM.

ABCDEFGHIKLMNOPQR.

Omnes sunt duerni.

Patauii apud Iacobum Fabrianum, & Ioannem Baptistam Amicum. Anno à Virginis partu. M. D. LIII.